ΤΑ ΤΟΥ

ΠΙΝΔΑΡΟΥ

ΠΥΘΙΑ

PINDARI

PYTHIA.

TOMUS II.

PATAVII
TYPIS SEMINARII
MDCCCVIII.

ODES PYTHIÆ PRIMÆ

ARGUMENTUM.

Quinque veluti tabulas Hieronis victoriam Olympiade septuagesima septima relatam celebraturus Poeta nobis exhibet contemplandas. Ac primo originem Musicæ ab Apollinis Musarumque cithara eductam, ejusque vim et prodigia cælo terraque diffusa vivido penicillo colorat, ut Græcis, quibus musica in deliciis erat, cultorem musicæ statim commendet. Secundo hinc quidem Typhœi osoris musicæ infandum supplicium sub Ætna monte quasi ob oculos ponit patefactis æterni ignis fornacibus, illinc autem, ut horrorem temperet vicini montis pulcherrimo aspectu, urbem Ætnam sistit ab Hierone recens conditam in amœna planitie, et publica præconis voce sub Ætnæi Victoris nomine promulgatam. Tertio ex felici victoriæ Pythiæ auspicio novas palmas in novo populo futuras vaticinatur ad invicti Regis exemplum, qui, quamvis sit æger corpore, excelsum tamen animum et vere fortem retinet, cum nuper, Philoctetæ similis, ut amico oppresso succurreret, quendam amentem fastu ac potentia magna fretum represserit, et nunc singulari moderatione et sapientia Dinomenem filium recentis urbis crearit Regem servata Pamphyli nepotibus et Heraclidis illuc e Laconia profectis libertate Hylli et Ægimii legibus, quibus antea ipsi gaudebant. Quarto navales pugnas retenset, in quibus Hiero cum fratribus Phœnices et Tyrrhenos ante Cumas confregit eo successu, ut ipsam Salaminii et Plataensis prælii gloriam æquarit, et Siciliam totamque Græciam liberaverit a barbarica servitute. Quinto Hieronem alloquitur ingenua sua illa libertate, qua solet, eumque hortatur, ut invidiæ opponat in dies magis virtutes suas, justitiam, veritatem, munificentiam sibi proposito Crœsi et Phalaridis exemplo, quorum primus vivit adhuc, licet exstinctus et laudibus in cælum fertur, alter autem, infame et hor-

rendum nomen, diris omnibus devovetur ubique. Honesta et praeclara agenti prima merces Fortuna prospera est, secunda Gloria. Utramque porro a Deo sortitus omnium praestantissimam coronam cepit. Ita Pindarus laudationem perficit et concludit, quam ego fusius et penitius explanavi in Dissertatione mea novem abhinc annis habita coram Sociis Academiae Regiae adversus Vauvilliersii ingeniosam quidem valde, sed caducam sententiam. Putat enim ille Oden hanc eo consilio a poeta fuisse compositam, ut Hieroni in mentem revocaret auream citharam, quam ipsi jamdiu Rex promiserat se daturum dono, ut vetus Pindari Interpres in Scholiis narrat. Mirum sane est, Vauvilliersium in hanc opinionem venisse, et Artemonis nescio cujus a Scholiaste citati auctoritatem pluris fecisse, quam Xenophontis, Plutarchi et Æliani, qui promissionem tantam, tamque Regi et Pindaro gloriosam ne uno quidem verbo attigerunt, cum multa alia praeclara et minuta etiam facta de Hierone scripsissent. Mirum etiam multo magis eundem in Apollinis cithara, quae magnifice in ipso Odes exordio praedicatur, vidisse citharam a Rege vati promissam, quamvis Pindarus tum in hac, tum in aliis ad Hieronem spectantibus Odis nullum omnino ulla ex parte vel leve dederit promissionis indicium. Credibile ne est, ambitiosum vatem, si vere facta promissio fuisset, silentio nunquam praeteriturum fuisse nobilissimum decus, quod summum ejus gloriae imposuisset fastigium, et invidos aemulos nova luce honoris penitus obruisset? Veritatis autem monita et liberalitatis quis a Pindaro Regi data judicabit, ut illum ab avaritia retrahat eo tempore, quo melius sibi consultus effusa in poetas et philosophos, quos consiliarios et amicos secum habuit, beneficentia claruerat? Non arguunt illa monita Regem, sed laudant et accendunt ad ulteriora et ampliora munificae documenta virtutis. Quid enim Pindarus in publico totius Graeciae conventu avaritiae notam Principi inureret patrono suo, suamque stulta et audaci reprehensione praecipitaret totam cum fortuna gloriam? Promissio itaque ex iis quae dixi, nullo nititur fundamento, Apollineae laus citharae usitata omnibus poetis est, et Hieronis avaritia liberalitati jamdudum cessit. Unde igitur conjici

jici

jici potest, volnisse poetam monere Regem officii sui ad obtinendam citharam, de qua silent omnes clariores Historici? Non est hæc Ode ad irritandum, sed ad mulcendum Victorem facta, non ænigma hic Hieroni solum ad intelligendum proponitur, non privatum agitur personæ negotium, sed publica Regis dignitas nota omnibus commendatur. Nihil hic necesse est ad res imaginarias confugere, cum poetæ propositum manifesto pateat ex ipso hymni textu, qui semper interpreti inspiciendus est, ne sensus rerum extranea opinione distractus a simplici et nativa specie veri desciscat. Decipit, *nimirum ut vere ac sapienter Phædrus inquit*, Frons prima multos, *et eos præsertim, qui in scriptis veterum reperire ingenio volunt, quæ nusquam sunt, quæque ipsi ne somniarunt quidem Auctores.*

εἶδος α΄.

ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩι ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩι

ἅρματι.

Σ. α΄. Κ. ιβ΄.

Χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλω-
νος καὶ ἰοπλοκάμων
Σύνδικον Μοισᾶν κτέανον·
Τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά,
Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
Ἁγησιχόρων ὁπόταν τῶν φροιμίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.
Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
Ἀενάου πυρός. εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις,

Α. α΄. Κ. ιβ΄.

Ἀρχὸς οἰωνῶν. κελαινῶ-
πιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν
Ἀγκύλῳ κρατὶ, γλεφάρων
Ἁδὺ κλαΐστρον, κατέχευας. ὁ δὲ κνώσσων

Ὑγρὸν

PYTHIA I.

[*Str.* 1.] O aurea cithara, Apollini Musisque flavicomis accinens instrumentum, quam audit [chori] gressus, lætitiæ initium; et [cujus] obtemperant concentores signis, choros-ducentium quando hymnorum præludia facis resonans; et cuspidatum fulmen exstinguis perpetui ignis. Dormit autem super sceptro Jovis aquila, velocem alam utrinque demittens,

[*Ant.* 1.] rex avium; atramque adunco ejus capiti nebulam, palpebrarum suave

clau-

PYTHIA.

HIERONI ÆTNÆO SYRACUSANO.

CURRU.

ODE ARCHILOCHIA I.

AUrea Testudo, Phœbi, violasque gerentum
  Crinibus Aonidum
Fati sorte comes, salve. Te prima cientem
  Semina lætitiæ
Audit saltantum gressus: te pendula servat
  Obsequiturque tuis
Gratia cantorum signis, cum pollice dextro
  Leniter icta sonas,
Et jussi jucunda aperis præludia cantûs,
  Sollicitasque choros.
Fulminis (1) æternus trifidi tibi stinguitur ignis,
  Atque aquila alituum
Regina in sceptro Patris bibit ebria somni
  Blanditias celerem
Demittens utrinque alam. Tu nempe nigrantem
  Et subitam capiti
Rostrato offundis nebulam velamen amicum
  Mellifluumque oculis.

Illa

(1) Mente fertur in Olympum poeta, ubi Apollo et Musæ canentes vim musicæ miram ostendunt.

Ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
Ῥιπαῖσι κατασχόμενος. καὶ γὰρ βια-
τὰς Ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
Ἐγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν
Κώματι· κῆλα δὲ καὶ
Δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λα-
τοΐδα σοφίᾳ βαθυκόλ-
πων τε Μοισᾶν.

Ε. ά. Κ. ι'.

Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν
Πιερίδων ἀΐοντα,
Γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαιμάκετον·
Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖ-
ται, Θεῶν πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος. τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώ-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα· κίων
Δ' οὐρανία συνέχει,
Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
Χιόνος ὀξείας τιθήνα·

Σ. β'.

---

claustrum, offundis; dormiensque illa molle [inflexum] tergum attollit tuis ictibus delinita. Quin etiam violentus Mars, aspera seposita hastarum cuspide, recreat cor sopore. Tela [sonorum] namque etiam Deorum mulcent animos Latoidæ arte [missa] sinuosisque-pallis-indutarum Musarum.

[*Epod.* 1.] Quæ vero non amat Juppiter, conturbantur [ea,] vocem Pieridum ubi audierint, per terram mareque impetuosum; quique in horrendo Tartaro jacet, Deorum hostis, Typhos centiceps, quem olim Cilicium enutrivit famosum antrum: nunc vero et supra Cumas mari-septa litora et Sicilia ejus premit pectora hirsuta, columnaque cælestis [eum] cohibet, nivosa Ætna, per totum annum acris nivis nutrix

Illa quieta madet, languet lunatque subinde
    Flexile missilibus
Delenita tuis dorsum. Mars ipse, furens Mars
    Horriferam segetem
Hastarum oblitus cor mulcet agente soporem
    Carminis illecebrâ.
Nam Superum quoque flexanimâ dulcedine mentes
    Tela sonora beant,
Quæ sapiens jacit Arcitenens, Musæque profundo
    Exeruere sinu.
Pieridum sed voce olli turbantur et horrent,
    Quos notat ira Jovis
Invisos terris vastique per æquora ponti
    Tartareâque domo,
Quâ, Cilicum (1) infami quondam nutritus in antro
    Arduus ille Gigas
Centenâ cervice ferox spretorque Deorum
    Mersus in igne jacet.
Litora nunc cohibent undis circumdata (2) Cymes,
    Et Siculæ anxiferum
Telluris pondus super incubat hispida membra:
    Ætna columna premit
Cælestis pectus, mons canus et altor acutæ
    Tempus in omne nivis;

Cujus

(1) Mela in descriptione Ciliciæ in Asia antrum Typhoei memorat.

(2) Cyme, sive Cuma insula, quæ Siculi maris undis alluitur.

Σ. β'. Κ. ιβ'.

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
Δ' ἀμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι· θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι,

Α. β'. Κ. ιβ'.

Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς
Καὶ πέδῳ· στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ' ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ.
Εἴη, Ζεῦ, τὶν εἴη ἁνδάνειν,
Ὃς τοῦτ' ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο γαί-
ας μέτωπον, τοῦ μεν ἐπωνυμίαν
Κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν
Γείτονα. Πυθιάδος

Δ' ἐν

[*Str.* 2.] Cujus eructantur inaccessi ignis liquidissimi ex cavernis fontes, fluviique interdiu profundunt vorticem fumi candentem; noctu vero saxa volvens rubicunda flamma in profundum defert maris æquor cum fragore. Sic illa Vulcani bellua gurgites horrendos ejectat; prodigium quidem mirabile adspectu, miraculum vero et iis, qui adfuere, auditu,

[*Ant.* 2.] quomodo Ætnæ inter nigri-frondes alligatus sit vertices imasque radices; lectusque lancinans totum dorsum inclinatum pungat. Utinam, Juppiter, tibi utinam placeam, qui hunc tueris montem fertilis terræ frontem, cujus cognomine inclitus

con-

Cujus visceribus liquidi eructantur ab imis
Præcipitesque ruunt
Ignis inaccessi fontes: ardentia subter
Stagna diu piceam
Vortice flammifero erumpunt caliginis umbram;
Sanguinea, irrequies
Noctu flamma rotat patuli liquefacta profundum
In pelagi spatium
Saxa fragore tonans magno. Sic reptile (1) Monstrum
Ignipotentis hians
Indignansque vomit fluctûs, horrenda videri
Attonitis species,
Audirique fidê major narrantis ab ore,
Qualibus ille draco
Constrictus vinclis, medius fremat inter opacum
Frondiferumque jugum
Montis, et ima soli, lectoque supinus acerbo
Tergum agitet lacerum
Vulnere crudeli passim, monstretque doloris
Signa profundi sui.
Ah placeam semper, placeam tibi, Juppiter, istum
Qui metuendus habes
Imperio montem, cujus frons ante feracem
Edita surgit humum,
Et cui vicinam, quæ nomine gaudet eodem,
Regius ille tuus
Lucis honore novæ decoravit conditor (2) urbem.
Namque Hieronis equos,

 Et

(1) Typhœus scilicet, quem quidam, Strabone teste, non hominem, sed serpentem fuisse putarunt.

(2) Catanen amplificavit Hiero, et a vicino monte Ætnam cognominavit.

Δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
  γέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
Καλλινίκου

E. β'. K. ιέ.

Ἅρματι. Ναυσιφορήτοις
Δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις
Ἐς πλόον ἀρχομένοις, πομ-
  παῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
Κἀν τελευτᾷ φερτέρου νό-
  στου τυχεῖν. ὁ δὲ λόγος
Ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει,
Λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοι-
  σί τε ἵπποις τε κλυτὰν
Καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.
Λύκιε καὶ Δάλου ἀνάσσων
Φοῖβε, Παρνασσοῦ τε κράναν
Κασταλίαν φιλέων,
Ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ
Τιθέμεν εὔανδρόν τε χώραν.

Σ. γ'. K. ιβ'.

Ἐκ Θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-
  σαι βροτέαις ἀρεταῖς,
Καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-

ταὶ

---

conditor illustravit urbem vicinam; dum Pythiadis in cursu præco proclamavit eam pronuncians propter Hieronis splendidi victoris

[*Epod.* 2.] currus. Navigantibus vero præcipua felicitas ea contingit, navigationem auspicantibus secundus ut veniat ventus; hinc enim verisimile, etiam in fine felicem reditum eos consecuturos. Atque hæc ratio hasce propter victorias spem adfert deinceps futuram esse Ætnam coronatis equis inclitam, dulcisonisque [victorum] conviviis celebrem. O Lycie et Delo-imperans Phœbe, Parnasique fontem Castalium amans, velis hæc animo reponere, et viris-florentem regionem.

[*Str.* 3.] A Diis enim conatus omnes humanarum virtutum; et sapientes, et manibus

Et rapidos præco Pythûs in pulvere currûs
 Cum celebratet ovans,
Ætnæo cum Rege recens simul extulit urbis
 Ore tonante decus.
Sors (1) nautis ter fausta venit, cum prospera cœptum
 Aura secundat iter;
Spes hinc, ut parili per cærula flamine dulcem
 Finis agat reditum.
Post tales certe eventûs, me vate, superbis
 Ætna nitebit equis,
Victricesque feret palmas festisque sonandum
 Nomen erit dapibus.
Rex Lyciæ Delique potens, qui sacra canori
 Phœbe, vireta colis
Parnasi, et puro flavas Aganippidos undæ
 Proluis imbre comas,
Conde tuo, precór, hæc animo, heroasque ferentis
 Esto memor populi.
A Divis siquidem virtus venit omnis, et ignes
 Concipit inde suos;
Inde sophi fortesque manu linguâque valentes
 Munera lucis habent.

 Hac

(1) Comparatione a nautis petita, quibus iter aura prospera cœptum præclarum navigationis finem portendit, spem concipit Poeta urbem Ætnam fore in posterum celebrem gloria, quod illi vix conditæ victoria initio statim contigerit per regium conditorem gloriosissima.

ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν. ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον
Αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι
Μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσεί τ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
Μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσασθ' ἀντίους.
Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλ-
βον μὲν οὕτω καὶ κτεάνων δόσιν εὐ-
θύνοι, καμάτων δ' ἐπίλα-
σιν παράσχοι.

A. γ'. K. ιβ'.

Ἦ κεν ἀμμνάσειεν, οἵαις
Ἐν πολέμοισι μάχαις
Τλάμονι ψυχᾷ παρέμει-
ν', ἀνίχ' εὑρίσκοντο Θεῶν παλάμαις τιμάν,
Οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει,
Πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον. νῦν γε μὰν
Τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων
Ἐστρατεύθη. σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον
Καί τις ἐὼν μεγαλά-
νωρ ἔσανεν. φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλ-
κει τειρόμενον μεταλλάσ-
σοντας ἐλθεῖν

E. γ'.

---

nibus fortes, facundique nascuntur. At virum ego illum laudare in animo habens, spero me non ærea-euspide-munitam sagittam præter scopum jacturum, manu vibrantem; sed longe ejaculatum victurum adversarios. Utinam vero omne tempus felicitatem sic opumque munera conservet, ærumnarumque oblivionem præbeat!

[*Ant.* 3.] Utique reminiscitur adhuc [Hiero,] quantas in bellis pugnas toleranti animo sustinuerit, eum repererunt Diis juvantibus gloriam, qualem nemo Græcorum decerpsit, opum decus magnificum. Nunc vero Philoctetæ morem imitatus militavit: quem ex necessitate, amicum sibi ut redderet, aliquis etiam paullo superbior palpavit. Ajunt nimirum in Lemno vulnere adflictum investigaturos venisse

Hac ope confiso, magnis virtutibus auctum
    Dum peto laude virum,
Haud mihi pennatum torquebit missile signi
    Devia ab orbe manus,
Sed rectâ jaciet tam longe, figat ut ictu
    Corda inimica (1) suo.
Sic olli sortis cursum regat usque beatæ
    Tempus, opumque bona
Largifico servet Regi, atque oblivia duris
    Grata ferat vicibus.
Certe et adhuc memori queat ille revolvere mente
    Aspera, quæ patiens
Prælia sustinuit constanti pectore, cum Diis
    Repperit auspicibus
Tale decus, (2) quale haud ullus de gente Pelasgâ
    Strenuus ante suo
Imposuit capiti cingente superbius altas
    Fulgure divitias.
Arma Philoctetæ (3) exemplo modo cepit, et illi,
    Re subigente, animi
Quis magni cedens, ceu cari mulsit amici
    Grande patrocinium.
Divini sic Heroes, (4) dum pressa jaceret
    Ulcere tabifico,
Isse sagittiferam Pœantis quærere prolem,
    Et miserâ reducem

Du-

(1) Detractores nempe vel Pindari, vel Hieronis.

(2) Regnum, quod bellica fortitudine est adeptus Hiero superbum divitiis suis ornamentum.

(3) Ut Philoctetes Pœantis filius relicta Lemno arma sumpsit, ut Græcia laborantibus auxilium ferret, sic Hiero Anaxilaum Rheginorum Regem armis terruit, ut Epizephyrios Locros ab injusta aggressione liberaret.

(4) Ulysses et Neoptolemus in Lemnum missi.

Ε. γ'. Κ. ιέ.

Η῾ρωας ἀντιθέους Ποί-
αντος ὑὸν τοξόταν·
Ο῾`ς Πριάμοιο πόλιν πέρ-
σεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς,
Α᾿σθενεῖ μεν χρωτὶ βαίνων·
Α᾿λλά μοιρίδιον ἦν.
Ου῟τω δ' Ι῾έρωνι Θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι
Τὸν προτέρποντα χρόνον, ὧν
Ε῎ραται, καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
Πείθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.
Χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νι-
καφορία πατέρος.
Α῎γ', ἔπειτ' Αι῎τνας βασιλεῖ
Φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον,

Σ. δ'. Κ. ιβ'.

Τῷ πόλιν κείναν θεοδμά-
τῳ σὺν ἐλευθερίᾳ
Υ῾λλίδος στάθμας Ι῾έρων
Ε᾿ν νόμοις ἔκτισσε. Θέλοντι δὲ Παμφύλου
Καὶ μὰν Η῾ρακλειδᾶν ἔκγονοι,
Ο῎χθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰ-
εὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ

Δω-

[Epod. 3.] Heroas divinos Pœantis filium sagittatorem; qui Priami urbem evertit finivitque labores Danaorum, etsi infirmo corpore incedens: sed ita fieri fatale erat. Sic vero Hieroni Deus [valetudinis] instaurator adsit futuro [quoque] tempore, eorum, quæ optat, opportunam facultatem præbens. O Musa, etiam apud Dinomenem [filium Hieronis] ut canas, obsequere mihi, præmium quadrigarum. Gaudium enim non alienum, victoria patris. [Et] age, deinceps [ei] Ætnæ regi gratum excogitemus hymnum,

[Str. 4.] cui urbem illam divina libertate donatam Hyllicæ normæ legibus Hiero condidit. Volunt vero Pamphyli atque etiam Heraclidarum posteri, ad oras Taygeti habi-

Duxisse e Lemno dicuntur. Scilicet uni
Fata dedêre vetus
Solvere tum Priami regnum; et finire labores,
Grajugenûmque mala,
Invalido quamvis titubaret corpore. Præsens
Ah Hierona Deus
Sospitet incolumem, cupidoque ministret euntes
Per nova cœpta dies!
Dinomeni (1) quoque ne renuas te sistere, et olli,
Musa, referre melos,
Insigne aligeri currûs. Haud extera namque
Lætitia est soboli
Palma patris. Mecum festos, age, concipe metûs
Carmina grata novo
Instaurans Ætnæ Regi, cui cessit, et ultro
Donat habere Pater
Exstructæ imperium sedis, quâ filia cæli
Justificas teneat
Libertas Hylli (2) lances. Nam, rupibus asprum
Qui prope Taygetum,
Pamphyli (3) et Alcidis sanguis, coluere nepotes,
Corde micante sui
Ægimii (4) leges inhiant, illisque beari
Dores, (5) ut ante, volunt.

Misso

(1) Dinomeni Hieronis filio.
(2) Hyllus Herculis filius, qui Doriensibus in Peloponnesum dux fuit.
(3) Dorienses appellantur Pamphyli et Heraclidarum posteri.
(4) Ægimius inter Doriei generis maiores, cujus filii Pamphylus et Dymas profectioni in Peloponnesum interfuerunt.
(5) His colonis ideo leges patriæ et instituta ab Hierone relicta sunt.

Δωριῆς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι,
Πινδόθεν ὀρνύμενοι,
Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδο-
ξοι γείτονες, ὧν κλέος ἄν-
θησεν αἰχμᾶς.

Α. δ'. Κ. ιβ'.

Ζεῦ, τέλει αἰεὶ δὲ τοιαύ-
ταν Ἀμένα παρ' ὕδωρ
Αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σιν, διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.
Σύν τοι τίν κεν ἁγητὴρ ἀνὴρ
Υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος δᾶμόν τε γέ-
ρων τράποι σύμφωνον ἐφ' ἀσυχίαν.
Λίσσομαι, νεῦσον, Κρονίων, ἅμερον
Ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοί-
νιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ,
Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν,
Τὰν πρὸ Κύμας·

Ε. δ'. Κ. ιε.

Οἷα Συρακοσίων ἀρ-
χῷ δαμασθέντες πάθον
Ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν·
Ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,

Ἑλλάδ'

---

habitantes, semper immanere legibus Ægimii, Dorienses. Tenuerunt vero Amyclas fortunati illi, e Pindo profecti, albis-equis-vectorum Tyndaridarum celeberrimi accolæ, quorum gloria floruit hastæ.

[*Ant.* 4.] Tu vero, Juppiter, præsta semper hanc, Amenæ juxta aquas, fortunam civibus regibusque, ut colant justitiam inter homines. Tua ope rex filioque præcipiat, populumque senex convertat ad concordem tranquillitatem. Supplex oro, adnue, Saturnie, pacifica ut in domo Phœnicius Tyrrhenorumque strepitus se contineat, navibus-perniciosam ad Cumas cladem intuitus.

[*Epod.* 4.] Qualia Syracusanorum a rege victi passi sunt velocibus a navibus; qui

in

Misso etenim Pindo, felix gens vênit (1) Amyclas
 In loca Tyndaridûm,
Qui niveis vectantur equis, vicina, suæque
 Magnificum armipotens
Virtutis florem explicuit terroribus hastæ,
 Fulmineâque manu.
Juppiter, hanc dulces Amenani (2) ad fluminis undas
 Regibus et populis
Fortunam serva stantem, veraxque fac urbi
 Dorica jura novæ
Fama relicta sonet. Per te Rex optimus, alti
 Dum bona consilii
Dat nato documenta suo, lætoque colonos
 Largus honore fovet,
Concordes afflet sensûs, et in aurea mentes
 Otia pacis agat.
Annue (te supplex oro) Saturnie, ut intra
 Se sua pacificus
Claustra premat Phœnix, (3) Tyrrhenaque turba remittat
 Altisonam rabiem,
Dedecus adspectans classis lacrimabile, ductor
 Præpete cum Siculus
Remigio domitam Cumæas fregit ad oras,
 Et roseam juvenum
Ætatem Victor disjecit, et ima voracis
 Trusit in antra sali

(1) Ad majores colonorum, qui ex Peloponneso venerant, hæc spectant; ad Taygetum enim illi Laconiæ montem, et Amyclas Tyndari regiam primum sedes posuere sibi relicto Pindo.

(2) Amenanus Siciliæ fluvius.

(3) Carthaginienses et Etrusci, qui cladem viderant ad Cumas acceptam.

Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας
Δουλείας· αἱρέομαι
Πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν
Μισθὸν· ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω
Πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν·
Ταῖσι Μῆδοι μὲν κάμον ἀγκυλότοξοι·
Παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἱμέρα, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις,
Τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ,
Πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Σ. ἑ. Κ. ιβ'.

Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν
Πείρατα συντανύσαις
Ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
Μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
Αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας.
Ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει, μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
Ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος,
Μὴ παρίει καλά. νώ-
μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν, ἀ-
ψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν.

A. ἰ.

in mare dejecit ipsorum juventutem, Græciam extrahens e gravi servitute. Probo apud Salaminem Atheniensibus debitam victoriæ laudem; et Spartæ celebrabo ante Cithæronem commissam pugnam, quibus Medi victi sunt sagittarii. Sed ad pulcre-aquosam ripam Himeræ, filiis hymnum Dinomenis perficias, anime mi, quem accipere promeriti sunt virtute hostibus profligatis.

[Str. 5.] Si opportune dicas, multarum rerum summas complexus oratione brevi, minor sequitur reprehensio hominum. Contra satietas obtundit ingrata celeres mentes. Fama vero maxime de virtutibus alienis, civium occulte animum molestat. Attamen, nam melior miseratione invidia, ne prætermitte honesta. Guberna justo clavo populum, veracique in incude fabricare linguam. [veritati stude.]

Servitium grave Grajugenûm cervicibus arcens
Barbaricumque jugum.
Cecropidas mihi laudanti Salamine (1) relata
Præmia prima forent,
Et Spartæ pugnâ clarus præstante (2) Cithæron
Vim resonate daret,
Unde pharetrato fracta est audacia Medo
Et cecidere minæ;
Sed me, largifluis quâ labitur Himera (3) lymphis,
Nunc decet intrepidos
Dinomenis natos hymno donare sonanti,
Quem sibi in arma ruens
Heroum peperit virtus per secla pudendo
Hostibus excidio.
Qui decorum seriem multorum ducit ad unum
Utile, quod capiat
Omnes, culpari haud metuit. Nam priva volucres
Usque gravant animos,
Clamque urit cives alienis inclyta factis
Gloria, ubi una sonat.
Tu tamen (invidiâ carpi nam præstat, amicâ
Quam pietate frui)
Ne cesses præclara sequi. Quo justa regentem
Cura vocat populi,
Clavus eat, verique fabrâ tibi lingua fideles
Ducat ab arte notas.

 Sit

(1) Athenienses Xersis copias innumerabiles apud Salaminem insulam profligarunt.
(2) Apud Cithæronem montem Lacedæmonii in agro Platæensi debellarunt Medos.
(3) Himera Siciliæ fluvius, apud quem Gelon, Hiero, Polyzelus, Thrasibulus Dinomenis filii fortiter pugnantes de hostibus retulere victoriam.

Α. έ. Κ. ιβ΄.

Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
Πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
Ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
Εὐανθεῖ δ᾽ ἐν ὀργᾷ παρμένων,
Εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἁδεῖαν ἀ-
εὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις·
Ἐξίει δ᾽ ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ
Ἱστίον ἀνεμόεν.
Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, εὐτραπέλοις
Κέρδεσσ᾽. Ὀπιθόμβροτον αὔ-
χημα δόξας

Ε. έ. Κ. ιέ.

Οἶον ἀποιχομένων ἀν-
δρῶν δίαιταν μανύει
Καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς.
Οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.
Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-
τῆρα νηλέα νόον
Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις.
Οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν

Μαλ-

[*Ant.* 5.] Si quid, quantumvis levius, perperam [illa] emiserit, magnum utique habetur, a te quia venit. Multorum princeps es, multi testes sunt utrisque rebus [bene maleque gestis] fide digni. Tu vero in generosa animi indole permanens, si qua cupis famam dulcem semper audire, noli parcere admodum sumtibus: sed expande, tanquam gubernator, velum ventosum; ne circumveniaris, o amice, sordidis lucris. Post-mortem-sequens fama gloriosa

[*Epod.* 5.] sola defunctorum virorum vitam declarat tam per scriptores quam per poetas. Non perit Crœsi benefica virtus. At in tauro æneo [hominum] ustulatorem sævum mente Phalarim invisa tenet ubique fama, neque ipsum citharæ domesticæ in consortium suave puerorum cantibus admittunt. At bona fortuna uti, primum

Sit quamvis leve, quod peccat, quia provenit a Te,
    Hoc grave crimen erit.
Multorum es Princeps, et testibus undique multis
    Cingeris, ingenuâ
In veris falsisque fidê. Si pectoris ampli
    Gratia viva Tibi,
Munificique placent mores, et dulcia circum
    Murmura laudis amas
Usque audire tuæ, ne sumptibus addere sumptûs
    Sit timor; immo tuo
Ventosum præpande animo, ceu navita, velum;
    Sed cave, ne placitis
Improba adulantum cæcos tibi natio dictis
    Nectat, amice, dolos.
Letum pone sequens functorum sola revelat
    Imperiosa virûm
Vitam Fama per historiæ monumenta severæ
    Et memores operum
Cantores. Crœsi (1) virtus haud interit omnis
    Illa ministra boni,
Et sævus Phalaris, (2) qui mersit et ussit alieno
    Corpora viva bove,
It dirum in terris monstrum, nomenque repellunt
    Cætibus in mediis
Lætantes pueri horrendum, nec dulce loquentis
    Ad citharæ strepitum

Acci-

(1) Crœsus Lydiæ Rex divitiis et liberalitate insignis.

(2) Phalaris Agrigentinorum Tyrannus infame nomen propter inauditam crudelitatem.

Μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέχονται.
Εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἄθλων·
Εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
Ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
Στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

ΠΙΝΔ.

---

mum præmiorum: bene vero audire, secunda felicitas. Utrumque autem quicumque attigerit nactusque fuerit, is coronam summam reportavit.

Accipiunt cantûsque suos. At honesta gerenti
    Prima laboris adest
Prospera (1) Sors merces, Nomen prælustre, secunda;
    Quique favente Deo
Nactus utramque tenet, cælestis grande coronæ.
    Rettulit Is pretium.

(1) Bonus nimirum successus primam homini felicitatem parit, secundam autem bona fama, quæ res bene gestas laudat. Utraque porro hæc felicitas si contigerit, beatitudinem plane perficiet. Hanc adeptus est Hiero, qui victoriæ suæ præconem Pindarum habet.

PYTHIÆ SECUNDÆ

ARGUMENTUM.

Non satis constat, utrum hic Poeta superiorem Hieronis victoriam, an aliam celebret, pendente adhuc inter Grammaticos lite. Curulis certe fuit, quibuscunque ludis eam Hiero reportarit. Illam Pindarus hoc Thebis misso carmine nunc illustrat Syracusis offerens et Ortygiæ, ubi alti sunt Regis equi, et Dianæ templum habet. Huic ipse primum, et ludorum præsidi Mercurio acceptam refert victoriam, cum triumphalem Hieroni instruenti currum, Neptunumque invocanti prius, quam arduum iniret certamen, suis manibus ornamenta equestria suppeditarint præsentes, et immortalem illi coronam pepererint favore et auxilio suo; pio deinde et fortissimo Regi deberi hymnum ait jure optimo non præsentis tantum victoriæ, sed aliorum quoque illustrium plane et singularium ejus meritorum præmium. Commendat autem illum in primis, quod Locros Epizephyrios, quibus Anaxilaus Rheginorum Tyrannus bellum intulerat, missis legatis ab ingenti periculo liberaverit invasurus Rhegium, nisi obsidio tyrannica solveretur. Hinc illi cantus Locrensium virginum, quos in solemnibus festis accepti beneficii memores ante domos celebrant in Hieronis honorem, ut Cyprii cives canunt Cynaram Regem suum, quod Apollini propter musicen carus fuerit, et Paphiæ Veneri, cujus erat Sacerdos, templum inclytum, teste Tacito, exstruxerit. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est, magisque justitiæ consentaneum. Quare meritas dat pœnas Ixion in Tartaro, aliosque suo exemplo fieri gratos docet. Multatus siquidem ille horrendo supplicio est, quia primum socerum Dioneum pro data uxore acrius munera flagitantem ad simulatum convivium, quasi illa traditurus esset, invitavit, et in foveam tenuissimis superius tabulatis opertam et igne plenam dolo malo detrusit; Jovis

deinde qui ei summopere pœnitenti parricidium clemens condonaverat, eumque admiserat in Deorum consortium, inviolabilem thalamum, sollicitata Junone, tentare est ausus, et injuriam maximam nefandamque beneficentissimo Deo insana cupiditate præceps inferre. Quæ duo ingrati hominis crimina ideo poeta quasi ob oculos ponit, ut, quo majora Ixion beneficia acceperat, eo majore apud omnes notaretur infamia. Veruntamen, ne sontem exagitare videatur consulto, et maledictionis in fusa narratione argui possit, ulterius progredi negat Archilochi memor, qui malignis criminationibus ad tristes angustias sæpissime se redactum vidit. Relicto itaque Ixione, ut Hieroni, cujus patrocinium et liberalitatem expertus in aula est, grati animi sui significationem plenam præbeat, ad laudes ejus revertitur, ac divitias cum sapientia conjunctas, fortitudinem in equestribus pedestribusque pugnis, generosum audaciæ ardorem in juventute, et in senili ætate consilii robur et prudentiam prædicat, et stolidum censet eum, qui opibus et honore anteactis temporibus regem alium in Græcia fuisse putat Hierone Rege majorem. Castoreum propterea illi supra mare carmen mittit, Phœniciam veluti mercem, regiarum virtutum insigne et sinceri monumentum candoris, quo ipse ab omni assentatione alienus uti solet. Orat autem, ut Æoliis concinne aptatum fidibus melos benigne excipiat, rejectis eorum laudibus, qui astu vulpium ei blandiuntur et alios deprimunt, ut ipsi malis artibus extollantur. Novit enim Pindarus, qui sibi apud eum calumnias struant, et invidia correpti obscurare tentent illustre nomen. Specie probos ait istos esse, licet improbi sint, ut simiæ deformes pulcræ pueris habentur, non tamen viris, qui recte judicant. Rhadamanthus ideo clarus exstitit, quod nunquam pro sua sapientia adulatoribus præbuerit aures, nec fraudibus susurronum, quibus multi decipiuntur, se se unquam circumveniri passus sit. Ceterum quamvis hujusmodi obtrectatores moliri poetæ mala non cessent, pro certo habet ille nihil eos nocere posse homini confirmatæ famæ in Græcia et exploratæ virtutis, atque adeo suberis in modum, in mediis calumniarum fluctibus immersabili. Fieri enim non potest, ut dolosus civis et calumniator quic-

quicquam dicat, quod pondus habeat valeatque apud bonos. Se autem hujus audaciæ non esse participem, sed candide vivere profitetur et amicum amicis esse, inimicis vero quovis modo inimicum, ut illa in gente gloriosum putabatur ulcisci. Constat porro veracem virum in omni specie regiminis eminere inter cives et præferri mendacibus; constat etiam alienis bonis invidentem adversus Deum pugnare, qui fortunas, honores et ingenii dotes, quibus libet, largitur æquissima providentia. Aliorum enim felicitatem potiorem sua reputans acquiescere nequit invidus, donec illis eam auferat, quo majore studio potest. Nullum remedium patitur natura invidi. Ferendam tamen illam sibi esse æquo animo poeta judicat, quod contra stimulum calcitrare durum sit, seque satis contentum fore ait, si liceat ipsi simplici et integro inter bonos versari. Neque vero a proposito laudis excursio aberrat, qua Pindarus in adulatores, maledicos et invidos acriter invehitur, cum vera laus, nisi ab iis, qui probi et honesti sunt, proficisci nequeat, et turpe sit a turpibus laudari poetis. Conciliat sibi gratiam apud Regem poeta bonus, eoque jucundiorem reddit laudem, quo candidior ejus Musa est omnibusque probata. Laudatur enim Hiero ab eo, qui veram laudem sentit et ingenue præbet puro in lumine contemplandam.

εἶδος ϛ'.

ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι ΙΕΡΩΝΙ

Ἅρματι.

Σ. α΄. Κ. ιέ.

Μεγαλοπόλιες ὦ Συρά-
κοσαι, βαθυπολέμου
Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί.
Υ̓́μμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι
Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος·
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-
τυγίαν στεφάνοις,
Ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος·
Τᾶς οὐκ ἄτερ κείνας ἀγαναῖσιν ἐν
Χερσὶ ποικιλανίους
Ἐδάμασσε πώλους.

Α. α΄. Κ. ιέ.

Ἐπὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-
θένος χερὶ διδύμᾳ,

σ',

PYTHIA. II.

[*Str.* 1.] O magna urbs Syracusarum, bellicosi templum Martis, virorum equorumque ferro-armatorum divina nutrix. Tibi hoc fecundis a Thebis adferens carmen venio, nuncium quadrigæ terram-quatientis, qua victor Hiero curribus-insignis eminus-fulgentibus redimivit Ortygiam coronis, fluvialis sedem Dianæ; qua non sine, agilibus manibus, istius [quadrigæ] adfabre-frænatos domuit pullos.

[*Ant.* 1.] Nam sagittis-gaudens Virgo manu gemina, præsesque certaminum Mercurius,

P Y T H I A.

EIDEM HIERONI

CURRU.

ODE ASCLEPIADEA II.

O magna in Siculis, urbs Arethusia;
Terris, in medias ire acies feri
Gradivi domus, et bellicâ ovantium
Ferri luce virûm, et quadrupedum aurea
Nutrix, hocce tibi fertilibus melos
Thebis adveniens nunc fero nuntium
Quassantis stadium curriculi, impiger
Quo Victor rutilis flumineæ (1) sacram
Diânæ Ortygiam (2) cinxit et induit
Sertis, arte agili cum fluitantia
Pullorum regeret lora volantium,
Divâ astante, Hiero. Nam jaculis potens
Virgo, et Mercurius præses et arbiter

Ludo-

(1) Fluvialis Diana dicitur, quia ejus simulacrum apud Arethusam fluvium fuit.

(2) Insula Syracusis conjuncta.

Ὅ, τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς,
Αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
Ξεστὸν ὅταν δίφρον
Ἔν θ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευ-
γνύῃ σθένος ἵππιον,
Ὀρσοτρίαιναν εὐρυβίαν καλέων Θεόν.
Ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ
Εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕ-
μνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ
Χρυσοχαίτας προφρόνως
Ἐφίλασ' Ἀπόλλων

E. ά. K. ιδ'.

Ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.
Ἄγει δὲ χάρις φίλων
Ποί τινος ἀντὶ ἔργων
Ὀπιζομένα. Σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ,
Ζεφυρία πρὸ δόμων
Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
Πολεμίων. καμάτων ἐξ ἀμαχάνων
Διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' ἀσφαλές.
Θεῶν δ' ἐφετμαῖς
Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα

Βρο-

---

curius, radiantes imponit phaleras, politum quando ad currum quadrigasque habenis-parentes jungit robur equinum, tridentigerum præpotentem invocans Deum. Aliis vero alius quis perfecit poeta canorum regibus hymnum præmium virtutis. Resonant de Cinyra passim laudes Cypriorum, quem auricomus propense dilexit Apollo,

[*Epod.* 1.] sacerdotem, delicias Veneris. Impellit vero ad hoc pietas gratiam referre studens alicui pro beneficiis acceptis. Te vero, o Dinomenee fili, Zephyria ante ædes Locrensis virgo celebrat, dum ex bellicis calamitatibus difficillimis tua virtute [liberata] secure agit. Deorum autem ex mandatis Ixionem ajunt hæc mortalibus

Ludorum sociâ fulguris in modum
Lucentes phaleras suppeditant manu,
Bigarum nitidum cum jubar, aut datis
Quadrigas dociles motibus obsequi
Ardet cornipedum jungere robori
Numen rite vocans, quod trifidam vibrat
Hastam fluctisonis multipotens vadis.
Donavere aliis nobile Regibus
Cantores alii carmen, amabile
Virtutis pretium. Cypria personat
Laus passim Cinyræ, (1) præ reliquis sibi
Quem carum auricomi fovit amor Dei,
Sacrorumque ducem et delicium Venus
Lêgit blanda suum. Gratia scilicet
Acceptis animos æqua rependere
Donis sollicitat largificum sequens
Regum fida decus. Te (2) Zephyritidum,
Proles Dinomenis, virginei chori
Festis ante domos vocibus efferunt
Quod, pulsâ ancipitis clade periculi
Armorumque minis, tuta per otia
Degunt impavidæ, et liberioribus
Nunc spectant oculis incolumem tuâ
Vi, Princeps, patriam. Cantibus adsonat
Argutis Locridûm testis, et admonet
Jussu Cælicolûm, dum revolubilis
Alatâ rapitur perpetuo in rotâ,

Ixion

(1) Cinyras Apollinis fuit et Paphiæ filius, Cypriorum Rex, et Veneris Sacerdos.

(2) Zephyriæ Locrenses virgines grati animi ergo Hieronis laudes canunt, ut Cypriæ celebrant vere benefacta Cinyræ.

Βροτοῖς λέγειν ἐν πτερόεντι τροχῷ
Παντᾶ κυλινδόμενον·
Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
Ἐποιχομένους τίνεσθαι.

Σ. β΄. Κ. ιέ.

Ἔμαθε δὲ σαφές. εὐμενέσ-
σι γὰρ παρὰ Κρονίδαις
Γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μα-
κρὸν γ᾽ οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,
Μαινομέναις φρασὶν
Ἥρας ὅτ᾽ ἐράσσατο, τὰν Διὸς εὐναὶ
Λάχον πολυγαθέες·
Ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀάταν ὑπεράφανον
Ὦρσεν. τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ᾽ ἀνὴρ
Ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. αἱ
Δύο δ᾽ ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι· τὸ μὲν
Ἥρως ὅτι τ᾽ ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιστος οὐκ ἄτερ τέχνας
Ἐπέμιξε θνατοῖς·

Α. β΄. Κ. ιέ.

Ὅτι τε μεγαλοκευθέεσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις

Διὸς

---

talibus dicere in alata rota perpetuo volutatum, ut benefactorem benevolis remunerationibus vicissim afficientes colant.

[*Str.* 2.] Expertus autem ille est rem certo. Benevolos enim apud Saturnidas dulcem adeptus vitam, non diu sustinuit eam felicitatem, insana mente Junonem dum deperit, quam Jovis conjugium tenet dulce. At ipsum petulantia ad scelus insolens impulit. Mox vero passus digna exquisitam sustinet ærumnam. Duo autem delicta, quæ calamitatem hanc ei attulerunt, erant: et quod heros cognatum sanguinem [cognatorum cædem] primus non sine fraude intulit hominibus; [socerum Dioneum necando;]

[*Ant.* 2.] et quod magna-penetralia-habentibus aliquando in thalamis Jovis uxorem sol-

Ixion (1) populos: „ solvite, solvite
„ Mercedem memores muneribus parem
„ Vos justo officio, quos Favor excipit;
„ Et grata recreat sorte Benignitas. „
Expertus didicit rem satis et probat
Instante anxiferi supplicio mali.
Saturnî siquidem cum biberet patris
Nectar stelligero lætus in æthere,
Non ille hanc superam sustinuit diu
Fortunam sapiens, mentis at incitus
Insanæ stimulis ambrosio Jovis
Permulsam thalamo deperiit male
Junonem, et petulans irruit in scelus
Infandi generis. Sed meritis statim
Cepit digna suis perpetis obrutus
Ærumnæ exitio, quam gemina (2) asperam
Olli culpa dedit, fraude quod impiâ
Cognato maculans sanguine dexteram
Primus sævitiæ gentibus horridum
Exemplum intulerit, quodque Jovis procax
Uxorem tacitis in penetralibus

(1) Ixion Phlegyæ filius.
(2) Duæ culpæ Ixionis erant, una quod Dejoneum socerum occiderit, altera quod Junonem petulanter tentarit.

Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το. χρὴ δὲ καθ᾽ αὐτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾷν μέτρον.
Εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ᾽ ἀ-
θρόαν ἔβαλον ποτὶ
Καὶ τὸν ἵκοντ᾽. ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
Ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων ἄϊδρις ἀνήρ.
Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
Πρέπεν οὐρανίᾳ
Θυγατέρι Κρόνου· ἂν τε δόλον
Αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι, καλὸν
Πῆμα. τὸν δὲ τετράκνα-
μον ἔπραξε δεσμὸν,

E. β'. K. ιδ'.

Ἑὸν ὄλεθρον, ὅ γ᾽. ἐν δ᾽ ἀφύκτοι-
σι γυιοπέδαις πεσὼν,
Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ᾽ ἀγγελίαν. ἄνευ δ᾽ οἱ Χαρίτων τέκε
Γόνον ὑπερφίαλον,
Μόνα, καὶ μόνον, οὔτ᾽ ἐν ἀν-
δράσι γερασφόρον, οὔτ᾽ ἐν Θεῶν νόμοις·
Τὸν ὀνύμαξε τράφοισα Κένταυρον. ὃς
Ἵπποισι Μαγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ᾽ ἐν Πα-

λίου

---

sollicitavit. Enim vero fas est pro se [ad suum quemque modulum] semper cujusque rei in oculis habere modum. Concubitus illegitimi in malum ingens conjicere solent homines. In quod etiam hic incidit; quandoquidem cum nube concubuit illusionem dulcem sectatus ignarus homo. Forma enim [nubes] præstantissimæ assimilata erat cælesti filiæ Saturni, hancque fraudem ipsi fecerant Jovis manus, pulcram perniciem. Quadriradium autem peperit sibi vinculum

[*Epod.* 2.] suam perniciem ille quidem; tumque in hæc membrorum vincula, unde evadere non liceret, conjectus, hanc admodum-vulgatam declaravit sententiam. Absque Gratiis vero ei peperit [Nubes] sola solam sobolem monstrosam, neque inter homines acceptam, neque Deorum judiciis; quam nominavit nutrix Centaurum. Qui

Tentarit niveum nil veritus torum.
Par quemque ante oculos semper in omnibus
Justum ferre modum. Flagitio comes
It pœna, et vetiti furta Cupidinis
Sæpe in magna homines præcipitant mala.
Hic ipse in laqueos nequitiæ incidit,
Postquam dulce petens ludibrium inscius
Ad nubis gremium venerat inclytæ
Portantis speciem magnificam Deæ,
Quâ Divis supero fulgurat e throno.
Pulcram namque Jovis struxerat hanc manus
Olli perniciem. Quatuor hinc sibi
Is textum radiis cepit et intulit
Vinclum, quo implicitus membra miser sua,
Et nullâ effugium parte videns rotæ
Effudit celebris cum fremitu gravem
Dicti justitiam. Sed sine gratiis
Nubes fœdam habitu corporis et feram,
Unamque una parens ediderat prius
Infami sobolem, cui neque gentium
Ullus risit honor, nec placidi ordines
Assensere Deûm. Monstro eadem novo
Centauri (1) tribuit nomen, ad ubera
Cum pressit puerum. Tessalicis dehinc
Per valles juvenem Peliacas equis

 Con-

(1) Monstri, quod ortum ex nube tam deforme erat, ut congredi cogeretur cum equabus Pelii montis in Thessalia consecuturus prolem, quæ superiori parte hominem, inferiori equum referret, et Hippocentaoris originem daret.

λίου σφυροῖς. ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς
Θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις
Ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματρόθεν μὲν
Κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.

Σ. γ'. Κ. ιέ.

Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
σι τέκμαρ ἀνύεται·
Θεὸς, ὃ καὶ πτερόεντα
Αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖ-
ον παραμείβεται
Δελφῖνα, καὶ ὑψιφρόνων τιν' ἔκαμψε
Βροτῶν· ἑτέροισι δὲ
Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. Ἐμὲ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγοριᾶν.
Εἶδον γὰρ, ἑκὰς ἐὼν, τὰ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ
Ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔχθεσιν πιαινόμενον. τὸ πλου-
τεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου
Σοφίας, ἄριστον.

Α. γ'. Κ. ιέ.

Τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις ἐλευ-
θέρᾳ φρενὶ πεπαρεῖν,

Πρύ-

Qui cum equabus Magnesiis congressus est in Pelii convallibus; indeque nati sunt populus admirandus utrisque similes parentibus, matri quidem inferius, desuper vero patri.

[*Str.* 3.] Deus omnem ex voto exitum perficit; Deus, qui etiam perniciem aquilam adsequitur, et marinum antevertit delphinem, et superborum alios prosternit mortalium, aliis vero decus non senescens præbet. Me vero oportet fugere belluam infestam, maledicentiam. [nec Ixionis scelera et pœnas diutius exagitare.] Scio enim, quamvis procul ab illo, multum in miseria [in magna difficultate constitutum, conviciatorem Archilochum maledicis criminationibus delectatum. Ditescere autem ita, ut conjuncta sit sors sapientiæ, optimum est.

[*Ant.* 3.] Tu vero manifeste eam liberali animo possides, o rex, domine multo-

rum

Congressum perhibent, et genus indidem
Esse ortum geminis turpe parentibus
Miro prodigio, parte quod inferâ
Par matri, et supera par fuerat patri.
Pro voto peragit, quod libitum, Deus
Præsens aligeram cælo aquilam sequi,
Delphinique citam prægredier viam,
Elatos aliis frangere spiritûs,
Et tutum a senio ferre aliis decus.
At mî sermo dicax nunc abeat procul,
Infestus coluber. Stat veteris mihi,
Sat nempe Archilochi (2) nota prementibus
Angusrata malis sæpe anima, et labor
Gaudentis vigili carpere singula
Morsu, et sanguineis pasci odiis. Tuæ
Me laudes, Hiero, me teneant opes.
Dives quæ Sophiæ copia jungitur,
Sortis culmen habet. Tu, bone, possides
Rex illam, et facilem spargere liberâ

Ultro

(1) Archilochus Poeta Parius Jamborum auctor acer et mordax, qui Lycambem ad suspendium suis adegit carminibus, et ducentos annos ante Pindarum vixit.

Πρύτανι, κύριε πολλᾶν
Μὰν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
Καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
Ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ
Λέγει ἕτερόν τιν' ἀ-
ν Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
Χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.
Εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι
Στόλον, ἀμφ' ἀρετᾷ
Κελαδέων. νεότατι μὲν ἀ-
ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων· ὅθεν
Φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπεί-
ρονα δόξαν εὑρεῖν,
E. γ'. K. ιδ'.
Τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἄνδρά-
σι μαρνάμενον, τὰ δ' ἐν
Πεζομάχαισι. βουλαὶ
Δὲ πρεσβύτεραι ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπος
Ποτὶ ἅπαντα λόγον
Ἐπαινεῖν παρέχοντι. Χαῖ-
ρε. τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
Μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.
Τὸ Καστόρειον
Δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
Θέλων

---

rum bene coronatorum [muris] vicorum et populi. Si vero quis jam divitiisque et honore dicat alium quendam majorum per Græciam exstitisse te superiorem, stolida is mente luctatur vana. Ego vero victricem adscendam classem, [tenebo cursum laudum] virtutem celebraturus. Juventutem tuam commendat audacia in gravibus bellis: unde etiam ajo te immensam gloriam invenisse

[*Epod.* 3.] quum inter equestres copias pugnantem, tum inter pedestres. Consilia vero senilia {tua] tutam mihi materiem omni modo laudandi præbent. Salve! [felix esto!] Mittitur hoc carmen ad modum Phoeniciæ mercis trans canum mare. Respice vero benevole occurrens Castoreum hoc Æoliis fidibus [cantatum] munus septi-

Ultro mente potes, quem dominum colunt
Tot cincta äeriis oppida mœnibus,
Et dulce aspiciunt innumerabiles
Felicem populi. Si quis Achaicis
In terris alium te mage divitem,
Excelsisque magis splendidum honoribus
Regem præteriti temporis in fugâ
Surrexisse putet, pugnat inaniter
Is vero, atque inopem consilî et invidam
Prodit stultitiam. Purpureis ego
Ornatæ spoliis insiliam rati,
Virtutique memor vela dabo tuæ.
Accendit juvenem per fera prælia
Audax vis animi. Nactus es aureum
Immensæ hinc cumulum tu tibi gloriæ,
Seu densos equitum, seu peditum globos
Adversis premeres fortiter ausibus.
Ast ævi in viridi vere senilia
Mentis sensa tuæ nil timidam argui
Laudem magnificis cantibus offerunt.
Salve ergo. Syriæ mittitur hoc tibi,
Mercis more, melos spumiferi super
Stagna incana maris. Castoream (1) aspice

Occur-

(1) Castoreum carmen juxta Heynium est carmen equestre.

Θέλων ἄθρηστον χάριν ἑπτακτύπου
Φόρμιγγος ἁπτόμενος.
Γένοι οἷος ἐσσὶ μαθών. καλός τοι
Πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ

Σ. δ'. Κ. ιέ.

Καλός. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ
Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν
Ἔλαχε καρπὸν ἀμώμη-
τον, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
Τέρπεται ἔνδοθεν.
Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ' αἰεὶ
Βροτῶν. ἄμαχον κακὸν
Ἀμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες;
Ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.
Κέρδει δὲ, τί μάλα τοῦτο κερ-
δαλέον τελέθει;
Ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας, ἀβά-
πτιστός εἰμι, φελλὸς ὥς,
Ὑπὲρ ἕρχος ἅλμας.

Α. δ'. Κ. ιέ.

Ἀδύνατα δ', ἔπος ἐκβαλεῖν
Κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς

Δόλιον

---

septicordæ citharæ. Sis qualis es ex bona institutione. Venustus sane simius pueris semper

[*Str.* 4.] venustus. [Sic rex adulatoribus semper sapiens, magous.] At Rhadamanthus beatus est, quod meotis habebat fructum inculpatum, [sapientiam] oeque fraudibus [adulatorum] animo oblectabatur suo; quod quidem artibus susurronum hominum contiogere fere semper solet: malum utrisque inextricabile. Calumoiarum ioterpretes; moribus impense vulpium similes. Quoad lucrum vero quid adeo hoc lucrosum est? Etenim io marino velut labore, submerso reliquo retis foniculo, suberis instar, non submersus ego io superficie maris nato.

[*Ant.* 4.] Fieri noo potest, ut verbum emittat valens inter bonos, dolosus civis.
Ve-

Occurrens placido lumine gratiam,
Septenâ Æoliæ quæ citharæ fidê
Dat lætam resonis materiam choris.
Sis, qualem ingenui te decor imbuit
Cultûs, falsidicas indocilis pati
Laudum blanditias. Bellula simia,
At semper pueris bellula, non viris.
Hinc felix Erebi Gnossius (1) arbiter
Nunc est, quod retinens inviolabile
Recti propositum nunquam animo bibit
Palpantum illecebras, queis male provida
Vinci corda solent. Namque calumniæ
Sunt isti artifices, vulpium et æmuli
Astu multiplici, et fraudibus instruunt
Parti (2) utrique nocens et latitans malum.
At lucra inde nigri, si lucra quæritant,
Quæ tandem capiunt tanta? Quid improbæ
Artes proficiunt? Ipse, laboribus
Piscantum in mediis suber ut eminet
Demerso in pelagus rete, supernatans
Haud mergi timeo. Nunquam erit, ut vafri
Civis lingua bonis se probet et fidem

(1) Rhadamanthus Inferorum judex.

(2) Ei personæ, quæ calumniam patitur, et ei, quæ calumniam audit.

Δόλιον ἀστόν. ὅμως μὰν
Σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν,
Πάγχυ διαπλέκει.
Οὔ οἱ μετέχω θράσεος. φίλον εἴη
Φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι,
Α'λλ' ἄλλοτε πατέων ὁδοῖς σκολιαῖς.
Ε'ν πάντα δὲ νομὸν εὐθύγλωσ-
σος ἀνὴρ προφέρει·
Παρὰ τυραννίδι, χὠπόταν ὁ
Λάβρος στρατός, χὤταν πόλιν οἱ σοφοὶ
Τηρέωντι. χρὴ δὲ πρὸς
Θεὸν οὐκ ἐρίζειν,

E. δ'. K. ιδ'.

Ο'ς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων,
Τότ' αὖ δ' ἑτέροις ἔδω-
κεν μέγα κῦδος. Α'λλ' οὐ-
δὲ ταῦτά γε νόον ἰαίνει φθονερῶν. στάθμας
Δέ τινος ἑλκόμεναι
Περισσᾶς, ἐνέπαξεν ἕλ-
κος ὀδυναρὸν ἑᾷ πρόσθε καρδίᾳ,
Πρὶν ὅσα φροντίδι μηχανῶνται τυχεῖν.
Φέρειν δ' ἐλαφρῶς

Ε'παυ-

Verumtamen adulator omnibus abblandiens, malum utique texit. Non hujus ego particeps sum impudentiæ. Amicum decet amare; in inimicum vero et ipse inimicus lupi more incurram, hic illic incedens viis obliquis. In omni vero reipublicæ administratione rectilinguis vir præstat, et in regno, et quando ferox populus, et quando rem publicam sapientes tenent. Nec tamen fas est cum Deo contendere,

[*Epod.* 4.] qui stabilit interdum quidem res illorum, nunc rursus vero aliis dare solet magnam gloriam. Sed neque hæc animum placant invidorum. Dum enim trutinant [alterius bona,] lance ejus plena, [depressa,] suo cordi vulnus dolentissimum infligere solent, donec, quæ cogitatione quærunt, adsequantur. Ferre vero leviter hume-

Dicto conciliet. Quod tamen occupat
Omnes, multa suis damna ciet dolis.
Non audax adeo mos mihi et impudens.
Stat mî quippe vicem reddere amantibus
Ardoris parili pignore, et obvium
Hostem per varias, more lupi, vias
Obliquo omnimodis tramite persequi.
Quovis imperii præstat in ordine
Vir linguâ sapiens, seu regat additam
Unus rem dominus, seu populus ferox,
Seu juncto vigiles consilio sophi.
Nec pugnare bono fas hominem Deo,
Quod certas aliis sustinet ac fovet
Fortunas, alios nominis inclyti
Splendore irradiat. Sed nihil invidis
Hæc sedant rabiem. Namque feri solent,
In librâ alterius cum bona deprimi
Spectant eximio grandia pondere,
Usque inferre animæ vulnus atrox suæ,
Donec, tabificis quod misere anxii
Affectant studiis, provehat exitus.

Ἐπαυχένιον λαβόντα
Ζυγὸν γ' ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ τοι
Λακτιζέμεν, τελέθει
Ὀλισθηρὸς οἶμος. ἀδόντα δ' εἴη
Μὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.

ΠΙΝΔ.

---

humeris impositum jugum juvat: at contra stimulum calcitrare, est perniciosa ratio. Probatum vero liceat me cum bonis conversari.

Prodest invidiæ, si premimur, jugum
Æquâ mente pati, sed nimium nocet
Inflicto stimulum calce lacessere.
Mî puro sceleris sit fugere improbos;
Et justis placitum cœtibus inseri.

PYTHIÆ TERTIÆ

ARGUMENTUM.

Hymnus hic sero post Pythîam Hieronis victoriam Olympiade septuagesima quinta compositus dici magis consolatio potest, quam laus victoriæ. Cum enim Hieronem graviter calculis laborantem audisset Poeta, levamentum aliquod mali ei afferre secum ipse statuit solerti artificio. Ac primo statim grato et benevolo animo desiderium suum, quod commune etiam est omnium, illi aperit, quo vellet, si fieri posset, Chironem præstantissimum artis medicæ magistrum adhuc vivere secumque per mare vectum ad Regem ferri Syracusas, ut ægro acerbissimos dolores auferat restitutor salutis. Deinde, ut a molesta morbi cogitatione ejus mentem avocet, materia argumento proxima et utili recreans, Æsculapii, quem Chiron doctrina medica instruxerat, totam percurrit historiam. Sistit igitur poeta matrem ejus Coronidem Phlegyæ equitis filiam percussam, ante quam pareret, jussu Apollinis a Diana in thalamo, quod gestans utero divinum semen Elatidæ Ischyos conjugium conjugio Phœbi prætulerit. Hinc illa cæco amore capta vitabat æqualium virginum solemnes jocos et Hymenæi cantus, et peregrini adventum hospitis, contempto Deo, cui primum sui amoris pignus dederat, expectabat, ut in ejus iret amplexus. Sed Apollo omnituens deprehendit illico furtum illius, iratusque valde ream tradidit sorori jaculis occidendam, multosque Luceriæ incolas pestifera lue ob nefarium perdidit adulterium. Non tamen passus est, cum arderet extinctæ rogus Coronidis, suam perire sobolem miseranda sorte cum interitu matris. Primo enim gressu prehensum puerum e cadavere eripuit dissilientibus pyræ flammis, eumque alendum et educandum Magnesio Centauro dedit. Crevit annis feliciter simulque scientia Æsculapius omnigenorum expultrice morborum, quos poeta enumerat, ut Hiero dulci spe recuperandæ vale-

valetudinis paullisper saltem pascatur. Post obitum Æsculapii a Jove fulmine interempti, quod Hippolytum mortuum revocarit ad vitam usurpata audacter potentia Numinis, redit Pindarus ad Chironem votum renovans ab initio expressum, optansque ut ille ad Hieronem adductus se medicum praebeat optimo Principi, vel alium suo loco sufficiat Apollinis Jovisque filium, atque afflicto expectatum gaudium portans jucundior ipsi caelesti sidere adsit. Sed, quoniam neque Chiron, neque Æsculapius excitari ab Inferis potest, confugiendum esse censet ad auxilium Deorum. Quare ipse valetudinem Regis Rheae Matri Superûm et Pani in sacello suo, in quo virginum chori quotidie vespertinis cantibus illa Numina colunt et celebrant, commendare se velle ait, ut levetur saltem, si tolli non potest, obstinatum malum. Ea nanque sapientissimorum poetarum antiqua et celebris doctrina est, duo semper ab Immortalibus uni bono admisceri mala inter homines, quae stulti moderate ferre nesciunt, sapientes vero fortiter sustinent obvertentes foras prospera, et intus occultantes adversa. Considerandam igitur Hieroni offert regiam in primis dignitatem, divitiarum deinde copiam et illustrium virtutum famam, cum satis habeant felicitatis in misera conditione vitae, quam totam miscet dolor et gaudium. Victoriam porro Pindarus in Pythiis ludis bis relatam ideo leviter et paucis attingit, quod illa importuno tempore celebrata vix afficere Victorem potuisset aegrotum, cui salus omni potior erat laudatione victoriae. Quamobrem infestam morbi vim saluberrimis philosophiae documentis et exemplis Heroum grandibus lenire sapienter studet. Hinc illa de Pelei et Cadmi beatissima primum sorte, eorumque postea maximo infortunio amoena simul et luctuosa pictura in Regibus ipsis humanarum exhibens inconstantiam rerum. Nulli siquidem mortalium firma et stabilis contingit felicitas, ut aliae atque aliae sublime volantium ventorum vices sunt. Gaudere tamen bonis, quae Fortuna largitur, homini licet, dum ille pectus etiam malis paratum habeat. Æquus animus mala cuncta demulcet ac temperat ad sortem accommodans mores suos, et rectus bonorum usus in florente fortuna caducam hominum vitam virtutis gloria immor-

immortalem apud posteros facit. Nestor certe ac Sarpedon in poetarum carminibus adhuc vivunt, ut vivet ipse Hiero mortalibus exutus membris, si poetam invenerit, qui clementiam ejus, justitiam, munificentiæ splendorem, candorem morum, hospitalitatem et invictum in malis animum immortalitati justo carmine mandare possit. Se autem tali esse facultate præditum tacite innuit poeta noster in extrema hujus parte hymni cum dicit laudare, ut decet, Heroas paucis esse concessum.

εἶδος γ′.

Τῼ ΑΥΤῼ ΙΕΡΩΝΙ,

Κέλητι.

Σ. α′. Κ. ιγ′.

Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν,
Εἰ χρεὼν τοῦθ' ἁμετέρας ἀπὸ γλώτ-
σας κοινὸν εὔξασθαι ἔπος,
Ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐ-
ρυμέδοντα Κρόνου,
Βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίου
Φῆρ' ἀγρότερον,
Νοῦν ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον· οἷ-
ος ἐὼν θρέψεν ποτὲ
Τέκτον' ἀνωδυνίας
Ἅμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιὸν
Ἥρωα, παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

Α. α′. Κ. ιγ′.

Τὸν μὲν εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ
Πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλει-
θυίᾳ

PYTHIA. III.

[*Str.* 1.] Velim Chironem Phillyridem, si fas est, illud nostra lingua vulgare optare dictum: [ex vulgari formula:] reviviscere defunctum, Uranidæ sobolem præpotentem Saturni, vallibusque denuo imperare Pelii, feram quidem [corporis specie] agrestem, sed mente præditam hominibus amica; qualis educavit olim effectorem mitem, indolentiæ corpori-salutaris Æsculapium, heroem, omnium propulsatorem morborum,

[*Ant.* 1.] quem boni equitis Phlegyæ filia antequam peperisset cum [juvante matribus-

PYTHIA.

EIDEM HIERONI.

EQUO CELETE.

ODE PYTHIO-JAMBICA III.

PHillyridem Chirona velim (si promere votum
Commune nunc Vati licet)
Astare e tumulo vivum, mirabile prisci,
Potensque Saturni genus,
Atque iterum Pelî late dominante reductis
Sceptro imperare vallibus,
Agresti fœdum specie, sed mente benignum,
Dulcique in omnes pectore,
Qualis robusto membrorum flore vigentis
Olim Salutis arbitrum,
Omnigenosque Heroa catum depellere morbos
Instruxit Æsculapium,
Cujus (1) creta equitis Phlegyæ de sanguine (2) mater,
Juvante Lucinâ, prius

 Quam

(1) Hic poeta digreditur, nec ad suas redit preces, nisi perveniat ad finem fabulæ de Æsculapii arte et fortuna.

(2) Coronis filia Phlegyæ Orchomeni in Bœotis Regis præstantissimi bellatoris.

ϑυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
Τόξοισιν ὑπ' Αρτέμιδος,
Εἰς Αΐδα δόμον ἐν
Θαλάμῳ κατέβα,
Τέχναις Απόλλωνος. χόλος
Δ' οὐκ ἀλίθιος
Γίνεται παίδων Διός. ἁ
Δ' ἀποφλαυρίξαισά μιν
Αμπλακίαισι φρενῶν,
Αλλον αἴνησε γάμον, κρύβδαν πατρός,
Πρόσθεν ἀκερσεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ,

E. α'. K. ιέ.

Καὶ φέροισα σπέρμα Θεοῦ καθαρόν.
Οὐκ ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν,
Οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν
Υμεναίων· ἅλικες
Οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
Εσπερίαις ὑποκου-
ρίζεσθ' ἀοιδαῖς. ἀλλά τοι
Ηρατο τῶν ἀπεόν-
των. οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
Εστι δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
Οστις, αἰσχύνων ἐπιχώ-

ρια,

---

tribus-præsente Lucina, domita aureis sagittis Dianæ in Plutonis domum in thalamo descendit arte Apollinis. Ira enim non irrita est filiorum Jovis. Illa nimirum contemto ipso Apolline] errore mentis alias probavit nuptias, clam patre, antea cum intonso consuescens Phœbo,

[*Epod.* 1.] et gestans semen Dei sanctum. Non sustinuit accedere ad epulas sponsales, neque ad omnisonorum hymenæorum clamorem, æquales quomodo virgines solent sociæ vespertinis juveniliter ludere cantibus. At vero amavit absentia, quemadmodum etiam [alii] multi adfecti esse solent. Est nimirum genus hominum vanissimum,

Quam puerum pareret, stimulantis Apollinis astu
Certis Dianæ spiculis
Percussa in thalamo jacuit, nigramque voracis
Descendit in Diris domum.
Haud abit in ventos, nec inutilis occupat iræ
Tonante natos spiritus.
Intonsum (1) spernens alias laudarat iniquo
Errore mentis nuptias,
Mixta Deo primum clam patre, gerensque verendi
Prælustre pignus seminis.
Hinc, nec solemnes visa est accedere sponsis
Recentibus structas dapes,
Nec strepitûs (2), Hymenæe, tuos bibere inter amicas
Æqualis ævi virgines,
Cum variis de more jocis sua cantica molles
Surgente miscent Hespero;
Sed sola absentis volvebat turbida secum
Amantis ignes in sinu,
Ut multæ simili persæpe ardore puellæ
Flagrare vesanæ solent.

Nario

(1) Apollinem, qui Deus intonsus a poetis dicitur.

(2) Amore turpi saucia vitabat omnes æqualium congressus, nec intererat solemnibus epulis et festis, cum deducenda erat sponsa.

ρια, παπταίνει τὰ πόρσω,
Μεταμώνια θη-
ρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀάταν
Καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος. ἐλ-
θόντος γὰρ εὐνάσθη ξένου
Λέκτροισιν ἀπ' Ἀρκαδίας.
Οὐ δ' ἔλαθε σκοπόν· ἐν
Δ' ἄρα μηλοδόκῳ
Πυθῶνι τόσσ' εἰσάϊεν
Ναοῦ βασιλεὺς
Λοξίας, κοινᾶνι παρ' εὐ-
θυντάτῳ, γνώμαν πιθών,
Πάντα ἴσαντι νόῳ.
Ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται· κλέπτει τέ μιν
Οὐ Θεός, οὐ βροτός, ἔργοις οὔτε βουλαῖς.

Α. β'. Κ. ιγ'.

Καὶ τότε γνοὺς Ἴσχυος Εἰλατίδα
Ξεινίαν κοίταν ἄθεμίν τε δόλον,
Πέμψεν κασιγνήταν μένει
Θύοισαν ἀμαιμακέτῳ
Ἐς Λακέρειαν. ἐπεὶ

Παρὰ

---

simum, qui [quorum quisque] contemnens præsentia circumspicit remota, vana consectans irrita spe.

[*Str.* 2.] Contraxit hujusmodi magnam culpam pulcre-vestitæ audacia Coronidis. Venientis enim ex Arcadia hospitis in lecto concubuit. Non autem latuit speculatorem. In Pythone enim, ovium-mactatarum-receptrice, hæc sensit templi rex Loxias ab arcanorum conscio integerrimo, in mentem [sibi id] inducens, omnia scienti animo. Nam falsa non admittit, fallitque eum nec Deus nec homo nec factis nec consiliis.

[*Ant.* 2.] Etiam tunc sentiens Ischyis Elatidæ peregrinum concubitum nefariamque fraudem, misit sororem, ira furentem impetuosa, Laceriam. Nam ad Boebiadis [pa-

Natio stulta hominum nimis est et cæca furore,
Præsente quæ bono frui
Nil curat, distansque petit spe credula inani,
Et vana captat somnia.
Hanc tantam roseo pepli tumefactus amictu
Coronidis fastus notam
Contraxit culpæ venientis ab Arcade terrâ
Cubile pressans (1) hospitis;
Nec speculans latuit Numen. Nam Pythia propter
Oracla cæsis fumida
Usque ovibus tectum sensit tum protinus alto
Rex Loxias templo nefas,
Mente suâ inspectâ, quæ plenius omnituente
Arcana rerum perlegit
Cuncta oculo, vera accipiens, et nescia falli
Mortali ab ullo, aut Numine,
Seu valido attentent facto, seu fraude sagacis
Inusitatâ consilî.
Tunc ergo, Ælatidæ simul Ischyos ille procaces
Cognovit ausûs, et sibi
Illatum a sponsâ probrum, lymphante sororem
Furore plenam Thessalos

Ire

(1) Ischyos Elati filii amore capta neglexit Deum.

Παρὰ Βοιβιάδος
Κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος,
Δαίμων δ' ἕτερος
Ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμά-
σατό νιν. καὶ γειτόνων
Πολλοὶ ἐπαῦρον, ἀμᾶ
Δ' ἔφθαρεν, πολλὰν τ' ὄρει πυρ ἐξ ἑνὸς
Σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν.

Ε. β'. Κ. ιέ.

Ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ
Σύγγονοι κούραν, σέλας δ' ἀμφέδραμε
Λάβρον Ἁφαίστου, τότ' ἔει-
πεν Ἀπόλλων· οὐκ ἔτι
Τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἀμὸν ὀλέσσαι
Οἰκτροτάτῳ θανάτῳ,
Ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
Ὣς φάτο. βάματι δ' ἐν
Πρώτῳ, κιχὼν παῖδ' ἐκ νεκροῦ
Ἅρπασε. καιομένα
Δ' αὐτῷ διέφαινε πυρά.
Καί ῥά μιν Μάγνητι φέρων
Πόρε Κενταύρῳ, διδάξαι
Πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

Σ. γ'.

[paludis] ripas habitabat virgo; Dæmon autem sinister, ad malum qui [eam] impulerat, perdidit eam. Et vicinorum multi in societatem mali venerunt. Nam simul perditi sunt; magnamque in monte ignis ex uno semine irruens vastavit silvam.

[*Epod.* 2.] At postquam strue in lignea collocarunt cognati puellam, fulgorque circumcurrit vehemens Vulcani, tunc dixit Apollo: Non sustinebo animo sobolem meam perdere miseranda morte, matris gravi cum interitu. Sic dixit, gressuque primo prehensum puerum e cadavere eripuit; ardens autem ipsi dissiluerat pyra. Et utique eum Magnesio adferens tradidit Centauro, ut doceret eum multinocuos hominum sanare morbos,

Ire in agros jubet iratus. Bœbeïa (1) quippe
　　Ad stagna sedem fixerat
Virgo suam. Dæmon illic, qui crimen amanti
　　Afflarat, ipsam perdidit,
Exitioque simul plures involvit eodem
　　Vicina gentes per loca,
Et magnam ex uno prorumpens semine silvam
　　In monte vastavit sacer,
Omnivorusque ignis. Sed postquam rite locarunt
　　In ligneâ nympham pyrâ
Cognati exstinctam, circumque strepente cucurrit
　　Vulcanius fulgor sono:
Haud patiar, tum Phœbus ait, mihi funere diro
　　Mei perire sanguinis
Innocuum cum matre genus, pœnæque dolendam
　　Subire communis vicem.
Dixit, et insiliens primo impete deripit almum
　　E ventre matris pupulum,
Diffindente pyrâ flammam, salvumque serenus
　　Magnêsio tradit statim
Centauro, ut nocuas illum mortalibus ægris
　　Pestes malorum solvere
Arte potens doceat, cum florida venerit ætas,
　　Dabitque culturæ locum.

(1) Ad lacum Bœbeida in Laceria Thessaliæ urbe.

Σ. γ'. Κ. ιγ'.

Τοὺς μὲν ὦν, ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων
Ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ
Χαλκῷ μέλη τετρωμένοι,
Ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ
Ἢ θερινῷ πυρὶ περ-
θόμενοι δέμας ἢ
Χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλ-
λοίων ἀχέων
Ἔξαγεν· τοὺς μὲν μαλακαῖς
Ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
Τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν
Φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
Ἔτραπεν κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανεὶς,
Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι,
Ἤδη ἁλωκότα. Χερ-
σὶ δ' ἄρα Κρονίων
Ῥίψαις δὶ, ἀμφοῖν ἀμπνοὰν
Στέρνων καθέλεν
Ὠκέως· αἴθων δὲ κεραυ-

νὸς

[*Str.* 3.] Hos igitur, quotquot eum adierunt, aut sponte-enatis ulceribus adflicti, aut cano aere saxove eminus jacto membra vulnerati, aut æstivo igni frigoreve hiberno corpus enecti, liberans alium ex aliis doloribus, eduxit; alios quidem mollibus incantationibus curans, alios vero lenientibus potionibus, vel membris circumnectendo undique medicamina, [amuleta,] alios denique sectionibus restituit sanos.

[*Ant.* 3.] Verum lucro etiam sapientia irretiri solet. Pervertit et illum ampla auri merces, in manibus fulgens, virum e morte ut reduceret jam damnatum morti.] Sed manibus Saturnius trajiciens utrisque respirationem pectorum abstulit celeriter, ardens-

Ergo salutiferum maturo tempore (1) alumnum
Cæpere cuncti visere
Quotquot sponte orto languebant ulcere tristes,
Ferrive ab ictu, aut eminus
Jacto percussi saxo, vel membra perusti
Æstatis igne, aut asperæ
Frigoribus brumæ. Cunctos levat ille dolore,
Certisque singulos modis.
Hos magico reparat cantu, lenisque ministrat
His blanda succi pocula;
Illis anxiferos medicaminis undique fuso
Tranquillat artûs unguine:
Hic venas secat, hic ferro candente coercet,
Abscindit aut cultro luem:
Omnibus addit opem præsens, redditque beatos
Et sospites sistit suis.
At lucro et sapiens capitur. Sic vicit et istum
Ingentis auri copia
Ante oculos radians, fecitque ut morte prehensum
Orcique mixtum Mânibus
Vitales superi revocare in luminis oras
Auderet insolens (2) virum.
Sed Pater ex alto jaculatus corpora utrique
Spirantis halitum celer
Vitai extinxit vindex, animasque ruenti
Demisit umbris fulmine.

(1) Æsculapium Chironis discipulum.

(2) Hippolytum ab equis discerptum, ut Hyginus narrat, Æsculapius Dianæ jussu ad vitam revocavit; sed ob id factum a Jove ictus fulmine interiit, quod jura mortis violare ausus esset.

νὸς ἐνέσκηψεν μόρον.
Χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ
Δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρεσὶ,
Γνόντα τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας.

Ε. γ'. Κ. ιέ.

Μὴ, φίλα ψυχὰ, βίον ἀθάνατον
Σπεῦδε· τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν.
Εἰ δὲ σώφρων ἄντρον ἔναἰ
Ἔτι Χείρων, καί τί οἱ
Φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι
Ἁμέτεροι τίθεν· ἰ-
ατῆρά τοί κέν μιν πίθον
Καί νυν ἐσλοῖσι παρα-
σχεῖν ἀνδράσι θερμᾶν νόσων
Ἤ τινα Λατοΐδα
Κεκλημένον ἢ πατέρος.
Καί κεν ἐν ναυσὶν μόλον, Ἰ-
ονίαν τέμνων θάλασσαν,
Ἀρέθουσαν ἐπὶ
Κράναν, παρ' Αἰτναῖον ξένον,

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Ὃς Συρακόσσαισι νέμει βασιλεὺς
Πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς,

Ξείνοις

---

ardensque fulmen inflixit mortem. Oportet a Diis quærere ea, quæ conveniunt mor- qualis simus naturæ.
talibus mentibus, reputando, id quod in promtu est, qualis simus naturæ.

[*Epod.* 3.] Ne, animæ mi, vitam immortalem affecta. Sed quam perficere possis exerce operam. Si vero prudens antrum inhabitaret adhuc Chiron, et aliquod ei delinimentum in animum dulciloqui hymni nostri instillare possent; utique ipsi persuaderem, ut et nunc strenuis viris medicum præberet calidarum febrium aut aliquem Latoidæ aut patris (Jovis) filium advocatum [ut opem ferret.] Atque tum navibus proficiscerer, Jonium secans mare, Arethusam apud fontem, ad Ætnæum hospitem.

[*Str.* 4.] Qui Syracusarum imperat rex clemens, civibus non invidens bonis, hos-

pitibus

A Divis homines par est ea quærere mente,
Ultro ante quæ surgunt pedes,
Mortalemque decent sortem. Ne turgida, quæso,
Cælestium affectâ tibi,
Mens mea, virtutem, nec cœptum concipe facti
Tuis negatum viribus.
Verum, si Chiron doctrinâ plenus opaco
Adhuc in antro degeret,
Mellifluoque olli possent mea dulcia philtro
Rorare pectus carmina,
Urgerem prece sollicitus dictisque moverem,
Ut optimis bonum viris
Se nunc, aut alium dare vellet Apolline natum,
Vel Patre summo, ardentium
Morborum medicum; dein voti compos (1) amico
In nave felici comes
Jonium sulcarem æquor properare Arethusæ
Ad fontem, et aulam gestiens
Principis Ætnæi, magnas qui legibus æquis
Rector Syracusas beat
Amplexus cives, claro nil invidus ulli,
Et hospitum mirus pater.

Nam

(1) Cum amico medico navigans per Jonium mare in Siciliam.

Ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ.
Τῷ μὲν διδύμας χάριτας,
Εἰ κατέβαν, ὑγίει-
  αν ἄγων χρυσέαν
Κῶμόν τ', ἀέθλων Πυθίων
Αἴγλαν στεφάνοις,
Τοὺς ἀριστεύων Φερένι-
  κος ἕλε Κίῤῥᾳ ποτέ.
Ἀστέρος οὐρανίου,
Φαμὶ, τηλαυγέστερον κείνῳ φάος
Ἐξικόμαν κε, βαθὺν πόντον περάσαις.

A. δ'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω
Ματρὶ, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον
Σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ
Σεμνὰν Θεὸν ἐννύχιαι.
Εἰ δὲ λόγων συνέμεν
Κορυφὰν, Ἱέρων,
Ὀρθὰν ἐπίστα, μανθάνων
Οἶσθα προτέρων·
Ἓν παρ' ἐσλὸν, πήματα σὺν
Δύο δαίονται βροτοῖς
Ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
Οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,

Ἀλλ

---

pitibus autem admirandus pater. Ad quem si descendissem, geminum, sanitatem adferens auream, munus, hymnumque, certaminum Pythiorum splendorem coronarum, quas victor Pherenicus [equus] reportavit Cirrhæ modo; sidere cælesti, opinor, splendidius ei lumen venirem utique, profundo mari trajecto.

[*Ant.* 4.] Sed preces facere equidem volo Matri, quam puellæ juxta meum vestibulum una cum Pane colunt frequenter venerandam. Cum tu vero sapientiæ intelligere summam, o Hiero, veram didiceris, edoctus scis ex iis, qui ante nos vixerunt: unum juxta bonum mala simul gemina distribuunt mortalibus Immortales. Illa

vero

Nam rate descendens, geminum si porgere possem
Munus, salutis aureæ,
Atque hymni simul æterno splendore coronam
Cingentis illam, quam suo
Nuper victor Hero Cirrhæ (1) Pherenicus ad arcem
Flammante cursu rettulit,
Certe ego de pelago lumen jucundius ipsi
Cælesti adessem sidere.
Sed frustra optanti sit saltem supplice linguâ
Matrem (2) Deorum poscere,
Quam nostrum prope vestibulum pia turba puellæ
Cum Pane nocturnis colunt
Augustam precibus. Faveat sic illa, doloresque
Amica, Rex, levet tuos.
Scis porro, sophiâque vides monstrante vetusti
Sublime sermonis caput:
„ Bina Immortales uno Mortalibus usque
„ Miscere cum bono mala.
Hæc stulti haud possunt, ut fas est, ferre, sed altâ
Soli arte sustinent sophi,

Obver-

(1) Cirrhæ Locrorum oppidi non procul a Delphis.

(2) Rheam et Panem Thebanæ puellæ ante ædes Pindari in sacello nocturnis canticis celebrabant

Α'λλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

Ε. δ'. Κ. ιέ.

Τὶν δὲ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἕπεται.
Λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται,
Εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας
Πότμος. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς
Οὐκ ἔγεντ' οὔτ' Αἰακίδᾳ παρὰ Πηλεῖ,
Οὔτε παρ' ἀντιθέῳ
Κάδμῳ· λέγονται μὰν βροτῶν
Ο῎λβον ὑπέρτατον οἳ
Σχεῖν, οἵτε καὶ χρυσαμπύκων
Μελπομενᾶν ἐν ὄρει
Μοισᾶν καὶ ἐν ἑπταπύλοις
Α῎ιον Θήβαις, ὁπόθ' Α'ρ-
μονίαν γᾶμεν βοῶπιν,
Ο' δὲ Νηρέος εὐ-
βούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

Σ. ί. Κ. ιγ'.

Καὶ Θεοὶ δαίσαντο παρ' ἀμφοτέροις·
Καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον
Χρυσέαις ἐν ἕδραις, ἕδνα τε
Δέξαντο· Διὸς δὲ χάριν
Ε'κ προτέρων μεταμει-

ψάμενοι

---

vero non possunt stulti decenter ferre; sed [possunt] boni, meliora qui obvertere solent extra.

[*Epod.* 4.] Tibi autem sors felicitatis contigit. Si quem enim hominum, regem certe populi ducem respicit magna fortuna. Vita tamen calamitatis expers non contigit neque Æacidæ Peleo, neque divino Cadmo: qui tamen dicuntur mortalium felicitatem summam tenuisse, quique aureis-reticulis-redimitas canentes in monte [Pelio] Musas septiportibusque audierunt Thebis, cum [alter] Harmoniam duceret magnis-oculis-insignem, alter vero Nerei prudentis Thetin filiam inclitam.

[*Str.* 5.] Et Dii epulati sunt apud utrosque, et Saturni filios reges viderunt aureis in thronis [epulis nuptialibus assidentes] muneraque sponsalia acceperunt: Jovisque

Obvertunt qui læta foras et tristia in imis
Intus medullis occulunt.
Tu nempe es felix, Hiero. Nam maxima si quem
Mortalium in terris amat,
Ductorem populi ante omnes ridente tuetur
Fortuna Regem lumine.
Vita tamen nulli curarum libera, et omnis
Exsors pericli contigit.
Non illam Æacides Pêleus, Cadmusque Deo par
Egêre totam lætius,
Quamvis dicantur sortem tetigisse supremam,
Et aureis spectabiles
Reticulis Musas audîsse in vertice Pelî,
Thebisque septenâ inclytis
Portarum specie, in thalamum cum splendidus ille
E vate natam Nereo
Adduxit Thetin uxorem, sociavit et alter
Sibi rotundâ nobilem
Formâ oculi Harmoniam (1). Mensis accumbere prolem
Vîdere Saturni aureo
Regalem in solio, Divosque Deasque beatis
Offerre dona nuptiis.
Luctificos illi sic mutavere labores,
Et pressa curis pectora

(1) Harmonia Martis erat et Veneris filia.

ψάμενοι καμάτων
Ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.
Ἐν δ' αὖτε χρόνῳ,
Τὸν μὲν ὀξείαισι θύγα-
τρες ἐρήμωσαν πάθαις
Εὐφροσύνας μέρος αἱ
Τρεῖς· ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
Ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

A. έ. K. ιγ'.

Τοῦ δὲ παῖς, ὅν περ μόνον ἀθανάτα
Τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ
Τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν
Ὦρσεν πυρὶ καιόμενος
Ἐκ Δαναῶν γόον. Εἰ
Δὲ νόῳ τις ἔχει
Θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν,
Χρὴ πρὸς Μακάρων
Τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. ἄλ-
λοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ
Ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
Ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται.
Ὃς πολὺς εὖτ' ἂν ἐπιβρίσας ἕπηται.

E. έ.

que beneficio ex prioribus malis recreati animum erexerunt. Attamen posteriore tempore illi quidem [Cadmo] gravibus tres filiæ malis abstulerunt lætitiæ partem; candidis-ulnis-insignis autem Thyonæ Jupiter pater venit ad thorum amabilem.

[*Ant.* 5.] Hujus vero [Pelei] filius, quem solum immortalis peperit Phthiæ Thetis, in bello sagittis anima amissa, excitavit igni concrematus Danais planctum. Si quis igitur mortalium mente tenet veritatis rationem, eum fas est, Deorum beneficio si consequitur hoc, esse felicem. [verum et ad alteram fortunam paratum habere pectus.] Alias vero aliæ auræ sunt alte-volantium ventorum: Felicitas [que] hominum non diu durat, si qua magna nimisque cumulata homini adfuerit.

Evexêre hilares tandem Jovis ante malorum
    Fugante nubem flamine.
Verum tres, (1) annis rursum volventibus, uni
    Casu abstulere filiæ
Lætitiæ partem horrendo, furiante duarum
    Ardore mentes, et, Jovem
Dum lecto admittit niveis spectanda lacertis,
    Ustâ Thyônê ab ignibus;
Alterius soboles, quam fuderat immortalis
    Olli unicam in Phthia Thetis,
Postquam animam in bello amisit male saucia telo,
    Cum regii flammæ rogi
Imposita arderet, Danaûm suspiria movit,
    Et perpetem luctûs sonum.
Mortalem, qui recta tenet, mentemque reposto
    In calle veri dirigit,
Est æquum gaudere bonis, quæ cepit ab alto,
    Dum pectus et malis paret.
Nubivagis aliâs aliæ sunt scilicet auræ
    Ventis, et aucta munerum
Ingenti fortuna nimis, radiataque luxu
    Haud tempus hic longum manet.

(1) Earum duæ Agave et Ino in furorem actæ suos occiderunt filios, et in mare se conjecerunt, tertia Jovis fulmine fuit adusta. Ino tamen et Semele, quæ hic Thyone dicitur, factæ sunt Deæ.

E. ἑ. K. ιέ.

Σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις
Ἔσσομαι· τὸν δ' ἀμφέποντ' αἰεὶ φρασὶ
Δαίμον' ἀσκήσω κατ' ἐμὰν
Θεραπεύων μαχανάν.
Εἰ δέ μοι πλοῦτον Θεὸς ἁβρὸν ὀρέξαι,
Ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑ-
ρέσθαι κεν ὑψηλὸν πρόσω.
Νέστορα καὶ Λύκιον
Σαρπηδόν', ἀνθρώπων φάτις,
Ἐξ ἐπέων κελαδεν-
νῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ
Ἅρμοσαν, γινώσκομεν. ἁ
Δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς
Χρονία τελέθει.
Παύροις δὲ πράξασθ' εὐμαρές.

[*Epod.* 5.] Tenuiter me geram in fortuna tenui; magnifice [majore cum impensa] in ampliori; semperque eam, quæ mihi adest, fortunam animo prosequar pro viribus meis colens. Si vero mihi divitias Deus lautas præbuerit: spem habeo gloriam me consecuturum esse excelsam apud posteros. Nestorem et Lycium Sarpedonem, hominum fabulas, ex carminibus sonoris, artifices qualia sapientes concinnarunt, novimus. Virtus enim inclytis carminibus diuturna evadit. Paucis vero assequi facile est.

Ast ego parvus ero parvæ, magnæque resurgam
Magnus, meâque providam
Mente colam semper, quæ demum cumque sequetur
Volubili varem pede.
Si lautas mihi tradet opes, largitor honorâ
Abibo in ævum gloriâ.
Nestoris et Lycii Sarpedonis acta sonoris
Commissa quondam versibus,
Quod docti artifices (1) struxere, insignia late
Et nota per gentes volant.
Carmine nam virtus vivit. Sed carmine dignam
Sacrare paucis (2) est datum.

(1) Nestor et Sarpedon immortales adhuc spirant in Homeri carminibus ob inclytam in bello virtutem.

(2) Pauci enim in poesi excellunt, et paucis datum est poetam nancisci, qui laudare illustria facta pro dignitate possit, atque æterna reddere.

PYTHIÆ QUARTÆ

ARGUMENTUM.

ARcesilaus Rex Cyrenes, quem Pindarus ex occasione victoriæ in Pythiis ludis reportatæ Olympiade septuagesima nona magnifice extollit, oetavus a Batto per Euphemum unum ex Argonautis gloriose descendit. Indicata stirps est Pythiæ Sacerdotis oraculo, qnod illa, astante Apolline, inter aquilas Jovis in templo Delphico pronuntiavit, cnm prascia videret ex insula Callista, quam Theras postea Argonauta a se Theram dici voluit, migraturum Battum in Lybiam, ibique Cyrenen urbem equis curribusqne celebrem conditurnm. Medea multo ante instincta divinitns significavit hoc ipsum Jasonis sociis, cum dixit Theræ incolas versis in equos Delphinis, in habenas remis et in currus navibus illnstrinm posituros urbium matrem in Jovis Ammonis solo. Prædictionis hujusce symbolum fatalis Gleba fnit, quam Triton sub Eurypyli specie transformis Euphemo in Tritonide palude futuræ dederat originem sortis. Sed illnd pretiosnm munus custodum incuria ex nave decidit periitque marinis aqnis immersum. Ita semen spatiosæ Libyæ ante tempus sparsum est, nec illud in snam deferenti domnm Euphemo jactare licnit in Orci fauces ad sacram Tænarnm Laconiæ urbem, suoque Sanguini quarta ætate terram vastam et immensam cnm Danais, Spartanis, Mycenæis et Argivis possidendam tradere. Nihilo tamen minus tempns illud tandem venit, quo Lemniacis conjuncti feminis accepere Argonautæ selectum virorum genus, quod in Theram deducta colonia, duce Thera Antesionis filio, transferrent. Ex Samo postea Battns orinndus Theraos Cyrenen transtnlit ad delnbrum Niliaci Jovis. Hinc orta Battiadum gens, ex qua pullulat verni floris instar Arcesilaus. Hunc itaque Poeta, postquam hactenus in prima parte hymni Argonautarnm sanguinis ostendit hæredem, nunc in altera eximiæ eorundem virtutis

tutis ipsum exhibet imitatorem. Non enim alia de causa Jasonis vitam et fortia facta commemorat, quam ut in illis Cyrenæi cives videant, quid ipse fecerit Arcesilaus sub illius Herois occultatus persona. Duo scilicet laudandi aliquem modi sunt, rectus unus et apertus, obliquus alter et mysticus. Illo Pindarus utitur in hymno, qui proxime sequitur ad honorem victoris ejusdem, hoc autem in isto, cum res agatur caute et prudenter tractanda apud eos, quorum aliqui fortasse adhuc Regi infensi esse poterant. Tacenda igitur poetæ erat seditio populi, tacenda Regis fuga et ipsa etiam recuperatio regni. Occultam vulgo laudem esse oportebat, sed ita tamen, ut pateret sapientibus. Persuasum itaque mihi est, voluisse Pindarum in Jasone virtutum Arcesilai archetypon callide ad intuendum proponere, unumque sistere Heroem, ut alter ex illo expressus exsurgeret. Nam ambo, si comparentur inter se, simillimi in omnibus reperientur. A Chirone educatus est Jason, Arcesilaus bonis artibus per optimos præceptores instructus; Peliam adit Jason, ut recuperet regnum, Arcesilaus ad Samios fertur, ut eorum opera suo iterum collocetur in solio. Ille Heroum florem in Græcia colligit iturus Colchidem, hic Cyrenen profecturus magnum cogit exercitum. Gloria illi est flammantes occupasse tauros, huic rebellibus obviam isse. Ab illo occisus horribilis draco est, ab hoc sedata concitatæ plebis seditio multorum capitum bellua. Uni præmium virtutis est Vellus aureum, Pythia alteri triumphalis corona. Deprecatio ipsa Pindari pro Demophilo exule in virtute Jasonis tota nititur, quam in omnibus virtus exprimit Arcesilai. Nam, ut ille Peliæ dedit cessitque ultro pecudes, armenta et agros paterno solum excepto solio, ita hic Argonautæ Herois æmulus rebelli Demophilo veniam dabit libertate concessa, fortunasque amissas clemens et benignus restituet. Inter artes ceteras medicinam a Chirone Jason didicit, ut sanaret ægrotos; Arcesilaus etiam, qui ab Apolline factus est medicus, inflictis regno vulneribus mederi volet. Potuit Jason litem regni ferro decernere, sed a vi abstinere maluit, quia Peliæ consanguineus erat. Sic ab omni ultione alienus Rex Cyrenes cuicunque suorum civium ignoscit, quia pater

eorum

eorum est. Sapiens valde Jason fuit, nec minus sapiens est Libyæ princeps, cui Pindarus sapientiam Œdipi tribuit. A Venere ille adjutus difficultates omnes gloriosi facinoris superavit, a Phœbo hic optimo defensore sumpsit animum ad extinguendos tumultus. Prudentiam tandem Jasonis Arcesilaus sequitur, et publicam amat tranquillitatem. Quid igitur restat aliud, nisi ut exemplo humanitatis in Jasone sibi proposito, et Jovis, qui Atlantem levavit tandem onere, ceterosque Titanas ex Tartari vinculis liberavit, Demophilum in patriam revocet virtute notum Cyrenæis, sibique et aulæ regiæ ministris diu multumque probatum. Hoc ille eo libentius facturus est, quod in hymno Pythiam celebrante victoriam nobilior alia ipsum manet victoria, qua suum victurus est animum. Hæc facies hymni est, quam qui candide inspexerit, facile cognoscet, argumentum ejus non esse deprecationem pro Demophilo, ut Adimarius falso putat, non tacitam post reditum admonitionem Regi, ut a sævitia abstineat ex eruditi Schmidii sententia, non splendidam antiqui generis seriem Arcesilao propositam, ut Academico Chabanono visum est, non Garnieri vagam multiplicium fabularum allegoriam sine certo proposito fine, non temere demum arcessitam digressionum congeriem ad fecundandam sterilem inopemque materiam, sed sublimem et magnificam laudem esse, qua Victor extollitur Argonautarum sanguinem virtutesque in se complexus ad immortale Cyrenes et universæ Græciæ ornamentum. Nihil hac laude simplicius, nihil ingeniosius gloriosiusque Victori. Arguant per me licet, superstitiosi critici longitudinem hymni, dum ardentem poetæ spiritum nunquam in tanta rerum varietate deferbuisse concedant, et admirari cogantur epicam et dramaticam in Lyrico carmine pulcritudinem eo præstantiorem, quo longior hymnus est. Vulgaria spernit poeta noster, et vigenti penna, velut Aquila, in altos nubium tractus crocitantibus humi corvis animosus irrumpit.

εἶδος δ'.

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩ͂ ΚΥΡΗΝΑΙΩ͂

Α῞ρματι.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ
Στάμεν, εὐΐππου βασιλῆϊ Κυρά-
νας, ὄφρα κωμάζοντι σὺν Α᾽ρκεσίλᾳ,
Μοῖσα, Λατοΐδαισιν ὀφειλόμενον
Πυθῶνί τ' αὔξῃς οὖρον ὕμνων.
Ε῎νθα ποτὲ χρυσέων
Διὸς ὀρνίχων πάρεδρος,
Οὐκ ἀποδάμου Α᾽πόλ-
λωνος τυχόντος γ', ἱέρεα
Χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον
Καρποφόρου Λιβύας, ἱερὰν
Νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν
Κτίσσειεν εὐάρματον
Πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ,

Α. ά. Κ. ιδ'.

Καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι-
θ' ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ

Θήραιον,

PYTHIA. IV.

[*Str.* 1.] Hodie oportet te, viro amico adesse, bellicosæ regi Cyrenes, ut chorum agente cum Arcesilao, o Musa, Latoidis debitum Delphisque intendas auram secundam carminum; ubi olim aureis Jovis aquilis assidens, non absente Apolline, sacerdos oraculo edixit: Battum conditorem frugiferæ Libyæ, sacra insula jam relicta, conditurum curribus-præstantem urbem in albicante ubere terræ;

[*Ant.* 1.] et Medeæ vaticinium perfecturum cum septima decima generatione Theræum,

P Y T H I A.

ARCESILAO CYRENÆO.

CURRU.

ODE ALCAICA IV.

TE, Musa, amico fas hodie tuo
Astare, equestri robore nobilis
Regi Cyrenes, dumque festas
Arcesilas agitat choreas,
Hymni secundam solvere debiti
Auram verendo Numini Apollinis,
Delphisque, ubî quondam Diales
Inter aves rutilantis auri
Sedens Sacerdos, cum procul haud foret
Ab æde Phœbus, præscia dicitur
Signasse Battum conditorem
Frugiferâ in Lybiâ futurum
Diæ relictis sedibus (1) insulæ;
Vidisse et urbem (2) pinguis in ubere
Candente telluris locatam,
Et rapidis celebrem quadrigis;
Et dicta vocis vaticinæ simul
Firmasse læto plenius exitu
Explenda, cum septenus ordo
A decimo generi veniret,

 Quæ

(1) Theræ Insulæ in Ægeo mari, quæ ideo sacra dicitur, quod Minervæ et Neptuni templum haberet.

(2) Cyrenen in edito ita sitam loco, ut e mari navigantibus conspicua procul sit.

Θήραιον, Αἰήτα τό ποτε ζαμενὴς
Παῖς ἀπέπνευσ' ἀθανάτου στόματος,
Δέσποινα Κόλχων. εἶπε δ' οὕτως
Ἡμιθέοισιν Ἰά-
  σονος αἰχμητᾶο ναύταις·
Κέκλυτε, παῖδες ὑπερ-
  θύμων τε φωτῶν καὶ Θεῶν·
Φαμὶ γὰρ τᾶσδ' ἐξ ἁλιπλάγ-
  κτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
Ἀστέων ῥίζαν φυτεύ-
  σεσθαι μελησίμβροτον
Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις·

Ε. ά. Κ. ιγ'.

Ἀντὶ δελφίνων δ' ἐλαχυπτερύγων
Ἵππους ἀμείψαντες θοὰς,
Ἁνία τ' ἀντ' ἐρετμῶν
Δίφρους τε νωμάσοισιν ἀελλόποδας.
Κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτά-
  σει, μεγάλαν πολίων ματρόπολιν
Θήραν γενέσθαι, τόν ποτε
Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
Λίμνας Θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ
Γαῖαν διδόντι ξείνια
Πρώραθεν Εὔφαμος καταβὰς

Δέξατ'·

---

ræum; Æetæ quod quondam magnanima filia efflavit ex immortali ore regina Colchorum. Dixit vero sic semideis Jasonis bellicosi nautis: Audite filii fortium virorum Deorumque: Ajo enim, ex hac marivaga aliquando terra Epaphi filiam urbium radicem plantaturam esse mortalibus caram, Jovis in Ammonis sedibus.

[Epod. 1.] Delphinesque breviter alatos [pinnatos] equis permutantes velocibus, habenasque pro remis et currus gubernabunt procellipedes. Illud augurium eveniet [exitum habebit], ut magnarum urbium metropolis Thera fiat: quod olim Tritonidis ad ostia paludis a Deo homini assimilato terram dante pro xeniis e prora Euphemus descen-

Quæ Theræ in orâ maxima Colchicæ
Regina (1) gentis turbida fuderat
Æêtis immortali ab ore
Belligerum Æsoniden, et acres
Affata nautas, Semideûm genus:
Audite, nati magnanimûm virûm,
Deûmque sanguis. Terrâ ab istâ,
Quam pelagi quatit unda circum,
Forti seretur natæ Epaphi (2) manu
Radix novarum fertilis urbium,
Mortalibus dilecta radix
Æstifero (3) Jovis in recessu:
Qua salsa ludunt per vada pinnulis
Delphini, ut alis, blanditer hinnient
Equi per herbas, proque remis
Lora regent sinuosa dextræ,
Cedentque naves exsuperantibus
Ardente nimbos impete curribus.
Haud illud in ventos abibit
Augurii geniale signum,
Quo Theræ ab alta matris origine
Monstrantur urbes urbibus æmulæ
Magnis futuræ, quodque prorâ
Desiliens prope stagna Divæ
Euphêmus (4) olim ceperat a viro
Tegente fictâ numen imagine,
Et dante vicini revulsum
Pro Xeniis rude fragmen arvi.

Lævum

(1) Medea vaticinium pronuntiavit in reditu Argonautarum per mare Ægæum juxta Theram gleba in mare delapsa, ut Heynius sentit.

(2) Epaphi filia Libya est regioni cognominis, quæ Cyrenen ex natante gleba pariet aliarum urbium matrem, Apolloniæ scilicet, ac Teuchiræ.

(3) In Africa, seu Libya ubi sub forma arietis colebatur Juppiter Ammon, et oracula reddebat in templo illi sacro.

(4) Unus Argonautarum glebam accepit a Tritone, qui sub specie viri Argonautis apparuit.

Δέξατ'· αἴσιον δ' ἐπί οἱ Κρονίων
Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν.

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ἀνίκ' ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν
Ναῒ κριμνάντων ἐπέτοσσε, θοᾶς
Ἀργοῦς χαλινόν. δώδεκα δὲ πρότερον
Ἀμέρας ἐξ ὠκεανοῦ φέρομεν
Νώτων ὕπερ γαίας ἐρήμων
Εἰνάλιον δόρυ, μή-
δεσιν ἀνσπάσαντες ἁμοῖς.
Τουτάκι δ' οἰοπόλος
Δαίμων ἐπῆλθεν, φαιδίμαν
Ἀνδρὸς αἰδοίου πρόσοψιν
Θηκάμενος. φιλίων δ' ἐπέων
Ἄρχετο, ξείνοις ἅτ' ἐλ-
θόντεσσιν εὐεργέται
Δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

Α. β'. Κ. ιδ'.

Ἀλλὰ γὰρ νόστου πρόφασις γλυκεροῦ
Κώλυεν μεῖναι. φάτο δ', Εὐρύπυλος
Γαιαόχου παῖς ἀφθίτου Ἐννοσίδα
Ἔμμεναι. γίγνωσκε δ' ἐπειγομένους.
Ἂν δ' εὐθὺς ἁρπάξαις ἄρουραν

Δεξιτερᾷ

---

descendens accepit: faustum autem ei Saturnius Jupiter pater superintonuit tonitru.

[*Str.* 2.] Quando anchoram æreas-genas-habentem, velocis Argus frænum, e navi suspendentibus occurrit [deus ille.] Duodecim nimirum antea dies ex Oceano ferebamus super terga terræ deserta marinam trabem consiliis eductam meis. Tunc igitur solivagus Deus accessit splendida viri venerandi facie assumpta: amicisque verbis orsus est, hospitibus velut advenientibus benefici hospites cœnam denunciant primum.

[*Ant.* 2.] Enim vero reditus causa dulcis prohibebat [nos] manere. Dixit vero, se Eurypylum, terram-continentis filium immortalis Neptuni esse. Cum autem videret

Lævum tonabat desuper intuens
Ab axe fausto cum strepitu Pater,
Quando anchoram ferri rigentem
Dentibus, indomitum citatæ
Frænum carinæ, fune trahentibus
Nautis in altum se tulit obvius
Vir ille cæli. Quippe primum
Lux miseros duodena vidit
Extra liquentes (1) Oceani vias
Nos ferre molem velivolam super
Deserta terræ dorsa, postquam
Syrtibus incolumem reduxi.
Hic astat ultro solivagus viri
Nobis verenda sub specie Deus,
Dictis amicis mulcet, offert,
Hospes ut hospitibus benignus,
De more cænam. Sed reditûs vetat
Nos hora dulcis sistere longius
Illic morantes. Ille princeps
Esse ait Eurypilus fragoso
Terram cientis verbere fluctuum
Proles tyranni; Dein abitum videns
Urgere festinos, datisque
Carbasa deproperare ventis,
Soli feracis, forte quod obvenit,
Frustum capessit præpete dexterâ,

Accurrit,

(1) Medeæ consiliis adducti Argonautæ navim per deserta humeris vectarunt duodecim dies ex mari Lybico in Tritonidem paludem.

Δεξιτερᾷ προτυχὸν
Ξείνιον μάστευσε δοῦναι.
Οὐδ' ἀπίθησέ νιν, ἀλ-
λ' ἥρως, ἐπ' ἀκταῖσιν θορὼν,
Χειρί οἱ χεῖρ' ἀντερείσαις
Δέξατο βώλακα δαιμονίαν.
Πεύθομαι δ' αὐτὰν κατα-
κλυσθεῖσαν ἐκ δούρατος
Ἐναλίᾳ βᾶμεν σὺν ἅλμᾳ,

E. β'. K. ιγ'.

Ἑσπέρας ὑγρῷ πελάγει σπομέναν.
Ἦ μάν νιν ὤτρυνον θαμὰ
Λυσιπόνοις θεραπόν-
τεσσι φυλάξαι· τῶν δ' ἐλάθοντο φρένες.
Καί νυν ἐν τᾷδ' ἄφθιτον νά-
σῳ κέχυται Λιβύας εὐρυχόρου
Σπέρμα, πρὶν ὥρας. εἰ γὰρ οἴ-
κοι νιν βάλε πὰρ χθόνιον
Ἀΐδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱερὰν,
Εὔφαμος ἐλθὼν, υἱὸς ἱπ-
πάρχου Ποσειδάωνος, ἄναξ,
Τόν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ,
Τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις.

Σ. γ'.

---

deret [nos] festinantes: statim arripiens dextra obvium terræ hospitale munus studuit [Euphemo] dare. Neque recusavit illam heros; sed in littora prosiliens manui ejus manum cum contra porrexisset, accepit glebam divinam. Audio autem eam submersam e navi marina diffluxisse aqua,

[Epod. 2.] sub vesperam humido pelago illapsam. Utique ipsam mandaveram sæpe vacuis-labore famulis servandam. At eorum oblitæ sunt mentes. Atque nunc in hacce insula immortale profusum est Libyæ spatiosæ semen, ante tempus. Si enim domi eam [glebam] projecisset in inferas Orci fauces, Tænarum ad sacram Euphemus ubi pervenisset, filius equitum-præsidis Neptuni, rex, quem olim Europa Tityi filia peperit Cephisi ad ripas:

Accurrit, et justi renidens
Officii dare pignus ardet.
Haud spernit Heros (1), sed salit ocius
In litus: olli porgit et admovet
Manum, verecundoque diam
Multa putans capit ore glebam.
Nunc illam ab Argûs robore nautico
Est fama lapsam spumigeros sali
Per vortices îsse, et solutam
Vespere deperiisse in undis.
Atqui ministris lenta per otia
Cessare sûetis sæpe ego jusseram,
Ut illa servarent fideles
Frusta datæ pretiosa terræ.
Obliviosas cepit at omnium
Caligo mentes, et Libyæ aureum
In insulâ est istâ profusum
Ante diem sine luce semen.
Nam si revisens Tænariam (2) domum
Aperta glebam Ditis in ostia
Jactasset Euphemus supremi
Rex soboles equitum magistri
Neptuni, amœnas quem Tityo sata
Cephisi ad oras fluminis edidit

(1) Euphemus.
(2) Tænarus urbs Laconiæ Neptuno sacra, in qua habitavit Euphemus, et abi Inferorum portam esse fabulantur poetæ.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Τετράτων παίδων κ' ἐπιγεινομένων
Αἷμά οἱ κείναν λάβε σὺν Δαναοῖς
Εὐρεῖαν ἄπειρον. τότε γὰρ μεγάλας
Ἐξανίστανται Λακεδαίμονος Ἀρ-
γείου τε κόλπου καὶ Μυκηνᾶν.
Νῦν γε μὰν ἀλλοδαπᾶν
Κριτὸν εὑρήσει γυναικῶν
Ἐν λέχεσιν γένος, οἵ
Κεν, τᾶνδε σὺν τιμᾷ Θεῶν
Νᾶσον ἐλθόντες, τέκωνται
Φῶτα κελαινεφέων πεδίων
Δεσπόταν, τὸν μὲν πολυ-
χρύσῳ ποτ' ἐν δώματι
Φοῖβος ἀμνάσει θέμισσιν,

Α. γ'. Κ. ιδ'.

Πύθιον ναὸν καταβάντα, χρόνῳ
Ὑστέρῳ νάεσσι πολεῖς ἀγαγὲν
Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα.
Ἦ ῥα Μηδείας ἐπέων στίχες. ἔ-
πταξαν δ' ἀκίνητοι σιωπᾷ
Ἥρωες ἀντίθεοι,
Πυκινὰν μῆτιν κλύοντες.

Ω

[*Str.* 3.] quarta generatione filiorum prognatorum soboles ejus cum Danais latam illam continentem accepisset. Tunc enim e magna egredientur Lacedæmone Argivoque sinu et Mycenis. Nunc vero peregrinarum mulierum amplexibus [Euphemus] præclarum suscipiet genus [virorum,] qui in hancce beneficio Deorum insulam venientes genituri sint virum, camporum nigrorum dominum, [Battum;] quem quidem auridivite aliquando in æde Phœbus admonebit oraculis Pythium templum ingressum:

Ant. 3. tempore insequente navibus multos deducere Nili ad pingue templum Saturnii. Erat hæc Medeæ verborum series. Obstupuerunt vero immoti silentio heroes

Europa marer, quartâ ab ortu
Progenie tenuisset amplum
Sanguis neporum cum Danais solum.
Gens nempe magnâ tum Lacedæmone,
Argisque vênisset, sacræque
E gremio properans Mycenes.
Nunc ille sanguis colliget exteris
In feminarum (1) grande cubilibus
Genus virorum, qui marinâ
Auxilio Superûm potiti
Tellure nigris nubibus obsitos
Campos tenentem germine proferent
Florente Regem (2). Phœbus istum,
Cum rutilâ radiata lamnâ
Intrarit ædis limina, Pythiæ
Cortinæ ab antro Niliaci (3) Jovis
Ad pingue delubrum monebit
Protinus aligeris coactam
Transferre turbam navibus. His furens
Arcana rerum eventa recluserat
Medea dictis. Incitatæ
Semidei simul illa sensa
Bibêre vatis, corripuit pavor
Stuporque cunctos: muta silentio
Vox hæsit, immotosque longum
Mitifici tenuere casûs.

Oracla

(1) Mulierum Lemni, quæ viros suos communi consilio occiderant, quæque Argonautas orbæ viris aliquando excipient et prole donabunt.
(2) Battum decimum septimum ab Euphemo Regem.
(3) Quod Jovem sub Nili nomine coluerint Ægyptii. Pingue porro delubrum Jovis Cyrenen indicat et totam Libyam.

Ὠ μάκαρ υἱὲ Πολυ-
μνάστου, σὲ δ' ἐν τούτῳ λόγῳ
Χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας
Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ·
Ἅ σε χαίρειν εἰς τρὶς αὐ-
δάσατα, πεπρωμένον
Βασιλῆ̓ ἄμφανεν Κυράνας,

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Δυσθρόου φωνᾶς ἀνακρινόμενον
Ποινὰ τίς ἔσται πρὸς Θεῶν.
Ἦ μάλα δὴ μετὰ καὶ
Νῦν, ὥστε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ,
Παισὶ τούτου ὄγδοον θάλ-
λει μέρος Ἀρκεσίλας. τῷ μὲν Ἀπόλ-
λων ἅ τε Πυθὼ κῦδος ἐξ
Ἀμφικτυόνων ἔπορεν
Ἱπποδρομίας. ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγὼ
Μοίσαισι δώσω, καὶ τὸ πάγ-
χρυσον νάκος κριοῦ. μετὰ γὰρ
Κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν, θεόπομ-
ποί σφισιν τιμαὶ φύτευθεν.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Τίς γὰρ ἀρχὰ δέξατο ναυτιλίας;
Τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαν-
τος

---

roes divini reconditum vaticinium audientes. Te vero, o beate fili Polymnesti, hoc sermone oraculum erexit sacerdotis Delphicæ sponte editum, quæ te salvere ter cum jussisset, fato destinatum regem declaravit Cyrenes

[*Epod.* 3.] dum tu interrogabas: quomodo impedita loquela solvi Deorum beneficio posset. Utique etiam nunc, ceu floribus-purpurei veris vigore, inter hujus [Batti] posteros octava floret progenies, Arcesilaus: cui Apollo Pythoque gloriam per Amphictyonas præbuit cursus. Ego vero eum Musis tradam et aureum vellus arietis. Ad illud enim dum navigabant Minyæ, divinitus missi ipsis honores originem habuerunt.

[*Str.* 4.] Quænam igitur initia fuerunt navigationis? quæque necessitas validis adamantinis

Oracla Sagæ sensit, et anxium
Te te Sacerdos Delphica recreans,
Fili Polymnesti, beavit
Ultro aliud referente linguâ,
Salvere cum ter jussit, et inclytum
Ex lege fati te fore principem
Dixit Cyrenes, dum rogabas,
Quæ rigidæ mala vincla linguæ
Virtus valeret solvere. Pullulans
Nunc stirpe ab illâ, purpurei velut
Flos veris, octavâ nepotum
In serie Arcesilas renidet,
Cui gloriosum Phœbus, et integra
Pytho adsidentum (1) judicio virûm
Cursûs equestris promerenti
Unanimes tribuere lumen.
Hunc ergo justis, Vellus et aureum
Tradam Camenis. Cælo etenim sati
Hinc sunt Cyrenæis honores
Ut Minyæ (2) celeres ad auri
Vertêre proras præmia. Sed viæ
Quæ causa princeps? Quæve adamantinis

Neces-

(1) Amphictyonum, qui Pythiis præfecti ludis erant.

(2) Minyæ vocati sunt Argonautæ a Minyo Neptuni filio.

τος δῆσεν ἄλοις; θέσφατον ἦν Πελίαν
Ἐξ ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν θανέμεν
Χείρεσσιν ἢ βουλαῖς ἀκνάμπτοις.
Ἦλθε δέ οἱ κρυόεν
Πυκινῷ μάντευμα θυμῷ,
Πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐ-
δένδροιο ῥηθὲν ματέρος·
Τὸν μονοκρήπιδα πάντως
Ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ,
Εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ
Σταθμῶν ἐς εὐδείελον
Χθόνα μόλῃ κλειτᾶς Ἰωλκοῦ

A. δ'. K. ιδ'.

Ξεῖνος, αἴτ' ὦν ἀστός. ὁ δ' ἄρα χρόνῳ
Ἷκετ', αἰχμαῖσιν διδύμαισιν ἀνὴρ
Ἔκπαγλος. ἐσθὰς δ' ἀμφότερόν μιν ἔχεν,
Ἅ τε Μαγνήτων ἐπιχώριος, ἁρ-
μόζοισα θαητοῖσι γυίοις,
Ἀμφὶ δὲ παρδαλέα
Στέγετο φρίσσοντας ὄμβρους.
Οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι
Κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοὶ,
Ἀλλ' ἅπαν νῶτον καταίθυσ-
σον.

---

mantinis illos alligavit clavis? Fatale erat Peliam ab illustribus Æolidis interfici sive manibus, sive consiliis sævis. Venit nimirum animo ejus prudenti horrendum vaticinium apud medium umbilicum [Delphos] arborosæ editum matris: ut virum altero tantum pede calceatum magnopere caveret, si quando altis e recessibus in apricam terram veniret talis inclitæ Iolci

[*Ant.* 4.] sive peregrinus, sive civis. Venit igitur tandem hastis geminis vir terribilis; vestisque dupliciter eum texit: altera, Magnesiis usitata, applicans se admirandis membris; altera vero circaque eam pardi pellis arcebat horrorem incutientes imbres. Neque comarum cincinni detonsi abierant pulchri, sed per totum tergum

Necessitas clavis adegit
Dura nimis mala adire nautas?
Fati voluntas, quâ violens manu,
Vel arte tecto consilii dolo
Per Æoli (1) clarum perire
Debuerat Pelias nepotem.
Matris sacrarum divitis arborum
Ex umbilico (2) nam medio horrida
Vox missa fertur sciscitantis
Percutiens animum Tyranni,
Monensque ab illo, quem pede cerneret
Nudum sinistro montis inhospiti,
Sylvæque cultorem prælaltis
Sistier e stabulis apricâ
In urbe Jolci (3), seu foret advena,
Seu civis, omni pervigilem sibi
Cavere curâ. Vênit ergo
Cum geminâ metuendus hastâ
Ille ille tandem. Vestis erat duplex:
Magnessa miros interior viri
Ornabat artûs; pelle tecta
Pardalis horriferos procellæ
Arcebat imbres altera. Crinibus
Intonsa pulcris aurea, mobilis
Spargebat undantem per amplos
Cæsaries humeros decorem.

Sic

---

(1) Per Jasonem Æoli nepotem. Nam Tyro Salmonei filia Nelea, et Peliam ex Neptuno pepérit; Cretheo deinde Æoli filio nupsit, ex quo Æsonem, Pheretem et Amythaonem habuit; ex Æsone autem Jason, ex Pherete Admetus, ex Amythaone natus Melampus est. Sic Jason ex Æsone, Æson ex Cretheo, Cretheus ex Æolo ortus. Proinde Jason Æolides a proavo dictus est.

(2) Delphica terra hic innuitur sacrarum arborum fecunda mater, umbilicus Græciæ, et signatum ab aquilis orbis terrarum medium, cum duæ olim ab ortu et occasu per Jovem missæ volando tandem convenere Delphos.

(3) Jolcus oppidum Magnesiæ est inter Pelion et Ossam montes.

σον. τάχα δ', εὐθὺς ἰὼν, σφετέρας
Ἐστάθη γνώμας ἀταρ-
βάτοιο πειρώμενος
Ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.

Ε. δ΄. Κ. ιγ΄.

Τὸν μὲν οὐ γίνωσκον. ὀπιζομένων
Δ' ἔμπας τὶς εἶπεν καὶ τόδε.
Οὔ τί που οὗτος Ἀπόλ-
λων. οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
Ἀφροδίτας. ἐν δὲ Νάξῳ
Φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ Ἰφιμεδεί-
ας παῖδας, Ὦτον καὶ σὲ, τολ-
μάεις Ἐπιάλτα ἄναξ.
Καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος
Θήρευσε κραιπνὸν, ἐξ ἀνι-
κάτου φαρέτρας ὀρνύμενον·
Ὄφρα τὶς τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτά-
των ἐπιψαύειν ἔραται.

Σ. ε΄. Κ. ιδ΄.

Τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι
Γάρυον τοιαῦτ'. ἀνὰ δ' ἡμιόνοις
Ξεστᾷ τ' ἀπήνᾳ προτροπάδαν Πελίας
Ἵκετο σπεύδων. τάφε δ' αὐτίκα, πα-
πτήναις ἀρίγνωτον πέδιλον

Δεξι-

---

gum splendebant. Mox vero, recta accedens, sui constitit animi imperterriti experimentum dans in foro quum frequens esset turba.

[*Epod.* 4.] Atque eum quidem non agnoscebant; animadvertentium tamen aliquis dixit ita: Numquid hic est Apollo! neque sane aereo-curru-utens maritus est Veneris. In Naxo autem ajunt obiisse fertili Iphimediæ filios Otum, et te, o audax Ephialta rex. Etiam Tityum sagitta Dianæ confecit velox ex invicta pharetra depromta; ut quisque ad licitos amores adspirare amet.

[*Str.* 5.] Talia illi inter sese invicem loquebantur. Mulabus autem politaque rheda concitate Pelias supervenit properans. Obstupuit autem statim adspecto bene-cognito calceo,

Sic ille rectâ se tulit in forum,
Stetitque densis undique civibus
  Spectandus, invictumque prodens
    Ore, oculis habituque robur.
Haud ullus ipsum norat; at illius
Formam stupentes alter ad alterum
  Dixere passim: non (1) comatus
    Phœbus adest, nec aheno in axe
Ardens maritus Cypridis; ubere
In Naxo Alôei progenies jacet
  Procerus Otus, tuque cæli
    Fronte gerens, Ephialta, regnum;
Vastum Dianæ vis Tityum quoque
Prompti e pharetrâ fulgure spiculi
  Transfixit ultrix, ne quis iret
    In vetitos male sanus ignes.
Hos turba mirans dum vario jacit
Sermone sensûs, ecce supervenit
  Nitente mularum quadriga
    Conspicuus Pelias, forumque
Festinus intrat, spectat, et, advenam
Ut vidit ipsum, qui bene cogniti
  Fatale gestabat cothurni
    Indicium, tremefactus imis

(1) Poterat videri Jason propter comam Apollo, propter arma videri Mars, Otus, vel Ephialtes, vel Tityus propter animi intrepidi confidentiam, nisi Iphimediæ, et Aloei filii Gigantes, et Tityus ab Apolline, et Diana sagittis confecti jamdiu ad Orcum descendissent.

Δεξιτερῷ μόνον ἀμ-
φὶ ποδί. κλέπτων δὲ θυμῷ
Δεῖμα προσέννεπε· ποί-
αν γαῖαν, ὦ ξεῖν', εὔχεαι
Πατρίδ' ἔμμεν; καὶ τίς ἀνθρώ-
πων σε χαμαιγενέων πολιᾶς
Ἐξανῆκεν γαστρός; ἐ-
χθίστοισι μὴ ψεύδεσι
Καταμιάναις εἰπὲ γένναν.

A. ἑ. K. ιδ'.

Τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις
Ὧδ' ἀμείφθη· φαμὶ διδασκαλίαν
Χείρωνος οἴσειν. ἄντροθε γὰρ νέομαι
Πὰρ Χαρικλοῦς καὶ Φιλύρας, ἵνα Κεν-
ταύρου με κοῦραι θρέψαν ἁγναί.
Εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
Ἐνιαυτοὺς, οὔτε ἔργον
Οὔτ' ἔπος εὐτράπελον
Κείνοισιν εἰπὼν, ἱκόμαν
Οἴκαδ', ἀρχαίαν κομίζων
Πατρὸς ἐμοῦ, βασιλευομέναν
Οὐ κατ' αἶσαν, τάν ποτε
Ζεὺς ὤπασεν λαγέτᾳ

Αἰόλῳ

---

calceo, dextrum tantum circa pedem. Occultans tamen animo pavorem allocutus est eum: Quamnam terram, o hospes, profiteris patriam esse? et quænam hominum te terrigenarum candido emisit ventre? odiosissimis mendaciis non contaminans [ea quæ dicis] dic genus.

[*Ant.* 5.] Huic autem confidenter placidis verbis sic respondit: Aio [vero] disciplinam Chironis me tenere. [dicturum vere, ut a Chirone didici.] Ex antro scilicet venio a Chariclo et Philyra; ubi Centauri me filiæ educarunt castæ. Viginti autem postquam complevi annos, nihil neque facto neque verbo obsequioso illis significans redii domum, pristinum recuperaturus regni patris mei, quod olim Jupiter populorum duci Æolo liberisque ejus dederat, injuste ab alio occupati decus.

Horret medullis ilicet ac stupet.
Vultu pavorem dissimulat tamen,
  Viro propinquat, regioque
    Blandiloquas ciet ore voces:
Natalis, oro, quæ tibi gloria
Soli stat, hospes? Quæ niveâ parens
  Te fudit ex alvo? Dolosa
    Ne inficias mihi fraude verum,
Genusque celes. Tum placidus seni
Hæc reddit Heros pectore candido
  Fortique: Chironis magistri
    Ingenuam tibi porto linguam
Sancto Chariclûs (1), et Philyræ (2) specu
Egressus. Illic me tenerum bonæ,
  Castæque Centauri (3) puellæ
    Compositos docuere mores.
His ipse, ut annum bis decimum mea
Explevit ætas, nil opere indicans,
  Piove dicto vêni avitæ
    Visere tecta domûs, decusque
Regni paternum sumere, quod malis
Nunc præter æquum Fraus tenet artibus,
  Quodque Æolo, natisque fixit
    Summa Jovis proprium voluntas.

(1) Chariclo Chironis uxor, Apollinis filia. (3) Centauri filiæ Ocyroe et Endeis.
(2) Philyra mater.

Αἰόλῳ καὶ παισὶ, τιμάν.

Ε. έ. Κ. ιγ'.

Πεύθομαι γάρ μιν Πελίαν ἄθεμιν
Λευκαῖς πιθήσαντα φρεσὶν
Ἁμετέρων ἀποσυ-
λᾶσαι βιαίως ἀρχεδικᾶν τοκέων·
Τοί, μ', ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον
Φέγγος, ὑπερφιάλου ἁγεμόνος
Δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσ-
εί τε φθιμένου δνοφερὸν
Ἐν δώμασι θηκάμενοι μετὰ κω-
κυτῷ γυναικῶν, κρύβδα πέμ-
πον σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις,
Νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, Κρονίδᾳ
Δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν.

Σ. ς'. Κ. ιδ'.

Ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων
Ἴστε. λευκίππων δὲ δόμους πατέρων,
Κεδνοὶ πολῖται, φράσσατέ μοι σαφέως.
Αἴσονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος οὐ
Ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.
Φὴρ δέ με θεῖος Ἰά-
σονα κικλήσκων προσηύδα.
Ὣς φάτο. τὸν μὲν ἐσελ-

θόντ'

[*Epod.* 5.] Audio enim Peliam iniquum splendidis obsecutum præcordiis violenter illud nostris juste imperantibus parentibus eripuisse; qui me, cum primum vidi lumen, insolentis ducis veriti injuriam, funere tanquam defuncti atro in ædibus cum ejulatu mulierum instituto, clam emiserunt fasciis in purpureis; noctem arbitram facientes itineris, Saturnidæque nutriendum Chironi tradiderunt.

[*Str.* 6.] Sed horum quidem sermonum capita tenetis. Equestrium vero parentum ædes vos, o incliti cives, indicate mihi aperte. Æsonis enim filius, indigena, non peregrinam veni in terram aliorum. Centaurus vero me divinus Jasonem nominans appellavit. Sic dixit. Atque illum ingressum agnovit oculus patris; ejusque ex seni-

libus

Splendente captum nam specie imperî
Injuriosâ vi Peliam audio
Parentibus nostris ab ipso
Jure datum rapuisse sceptrum,
Cum me diei lumen amabile
Primum videntem sanguinei ducis
Timore perculsi, per ædes
Femineo resonante luctu,
Fictisque, ut atro in funere, neniis,
Tristi involutum tegmine purpuræ
Saturnio misêre furtim,
Nocte viæ sociâ dolendæ,
Chironi alendum. Sed satis est meæ
Jam forma sortis cognita. Nunc equis
Candentibus lætam parentum
Munifico mihi corde cives
Monstrate sedem. Nam satus Æsone,
Vesterque gressûs non ego in exterâ
Tellure figo. Me salubri
Nomen ab arte petens vocari
Divina jussit Bellua (1) Jasonem.
Sic fatus ædes ingreditur suas,

Statim-

(1) Bellua dicitur Chiron propter equinam formam, divina, quia filius Saturni erat, et omnibus auctus virtutibus, medicinæ præsertim scientia, ex qua ductum nomen, ex *ἰάσω* nempe, alumno regio imposuit.

θάτ' ἔγνω ὀφθαλμὸς πατρός.
Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
Δάκρυα γηραλέων γλεφάρων·
Ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
Γάθησεν ἐξαίρετον,
Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

A. ς'. K. ιδ'.

Καὶ κασίγνητοί σφισιν ἀμφότεροι
Ἤλυθον, κείνου γε κατὰ κλέος· ἐγ-
γὺς μὲν Φέρης, κράναν Ὑπερῆδα λιπών,
Ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν· ταχέως
Δ' Ἄδματος ἷκεν καὶ Μέλαμπος
Εὐμενέοντες ἀνε-
ψιόν. ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ
Μειλιχίοισι λόγοις
Αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
Ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,
Πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν,
Ἀθρόαις πέντε δραπὼν
Νύκτεσσιν ἔν θ' ἀμέραις
Ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

E. ς'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ, πάντα λόγον θέμενος
Σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ

Συγγε-

---

libus palpebris ebullierunt lacrimæ; suo in animo quandoquidem gavisus est eximie, filium cum videret pulcherrimum hominum.

[*Ant.* 6.] Tum fratres Æsonis ad eos ambo venerunt, illius ad famam: ex propinquo quidem Pheres fontem Hypereidem linquens; ex Messene vero Amythaon; statim etiam Admetus venit et Melampus lubentes ad patruelem. Convivio vero cum amicis verbis eos excipiens Jason, muneribus hospitalibus convenientibus præbitis, omnem hilaritatem intendit per totas quinque decerpens noctes atque dies sacrum lætitiæ florem;

[*Epod.* 6.] at sexto die omnem ille ab initio serium sermonem propositum cum

con-

Statimque visam fixa patris
Lumina in effigiem reversum
Novere natum dulce tumentibus
Per ora guttis lætitiā ebrio
Seni, liquescentique sensûs
Ad radios juvenilis astri.
Vênêre fratres Æsonis alite
Sonante famâ nomen Jasonis:
Pheres propinquam (1) liquit urbem,
Et vitreas Hyperêtis undas;
Messenê (2) ab altâ pes Amithaonis
Velox cucurrit: juncti etiam simul
Admetus ollis et Melampus
Sidereo patruelis ore
Vênêre pasci. Comiter excipit
Hos mensâ Jason divite et hospiti
Dat dona ritûs, omnibusque
Corda modis hilarans beatum
Jucunditatis quinque dies legit
Noctesque florem. Sed, simul ac dies
Jam sextus illuxit, volutum
Mente diu gravis ille cœpti

Pandit

(1) Pheres urbem prope Joleum ad Hyperēium fontem ab Hyperete Melantis filio dictum.

(2) Messena urbs Laconiæ fuit.

Συγγενίσιν παρικοι-
    νᾶθ'. οἱ δ' ἐπέσποντ'. αἶψα δ' ἀπὸ κλισιᾶν
Ὦρτο σὺν κείνοισι. καί ῥ' ἦλ-
    θον μέγαρον Πελία δ'· ἐσσύμενοι
Δ' εἴσω κατέσταν. τῶν δ' ἀκού-
    σαις αὐτὸς ὑπηντίασεν
Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου γενεά.
Πραῢν δ' Ἰάσων μαλθακᾷ
Φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον
Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων·
Παῖ Ποτειδᾶνος πετραίου,

Σ. ζ. Κ. ιδ'.

Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν δ' ὅμως.
Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ θεμισσαμένους
Ὀργὰς ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.
Εἰδότι τοι ἐρέω·
Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδεϊ Σαλ-
    μωνεῖ· τριταισι δ' ἐν γοναῖς
Ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
    τες σθένος ἀελίου χρύσεον

Λεύσ-

consanguineis communicavit. Illi vero obsequuti sunt. Statim vero ex sedibus proruit cum illis. Et venerunt ad ædes Peliæ, irruentesque constiterunt. De iis vero cum audisset, ipse obviam processit Tyrus comosæ filius. Placidum autem Jason molli voce stillans sermonem jecit fundamentum sapientum verborum: Fili Neptuni Petræi,

[*Str.* 7.] sunt quidem hominum mentes velociores ad lucrum fraudulentum justitia præferendum, cum tamen ad asperum sibi sic viam parare soleant exitum. At me oportet et te, legitime frenatis affectibus, texere futuram [nostram] felicitatem. Scienti tibi dico. Una mulier Cretheique mater fuit et audacis-consilio Salmonei; tertia vero generatione nos deinceps ab illis sati robur solis aureum cernimus. Pareæ autem

Pandit propinquis propositum sui,
Uno quod omnes consilio probant
Justumque poscunt. Surgit ergo,
Atque toti, comitante turbâ,
Citatus ostrum deserit et volat
Ad Regis aulam. Limina jam tenent
Armati, et amplum bellicoso
Vestibulum quatiunt tumultu.
Audit comantis progenies Tyrûs
Princeps fragorem. Nec mora ab intimis
Procedit occurritque stanti
Obvius ipse adythis cohorti.
Hic voce molli tum sapientiæ
Cæpit quietos Æsonides suæ
Stillare sermones: Petræi
Magna patris soboles (1), dolosum
Humana velox mens sequitur lucrum,
Justoque præfert sæpius, asperæ
Sit inde quamvis illa posthac
Sortis atrox subitura damnum.
At me procaces, teque simul decet
Frenare honesti lege cupidines,
Nobisque cunctos faustitatem
Texere pacificam per annos.
Scis matre ab unâ Crêthea regium
Prodîsse, et acri mentis acumine
Salmônea audacem. Propago
Tertia nos generis vigemus,

(1) Neptunus a Thessalis Petræus dictus est, quod Peneum flumen per Tempe Thessalicos montes deduxit.

Λεύσσομεν. Μοῖραι δ' ἀφί-
  στανται, εἴ τις ἔχθρα πέλει
Ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

A. ζ. K. ιδ'.

Οὐ πρέπει νῷν χαλκοτόροις ξίφεσιν
Οὐδ' ἀκόντισσι μεγάλαν προγόνων
Τιμὰν δάσασθαι. μῆλά τε γάρ τοι ἐγὼ
Καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίη-
  μ' ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
Ἁμετέρων τοκέων
Νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων.
Κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶ-
  κον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν.
Ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον,
Καὶ θρόνον, ᾧ ποτε Κρηθείδας
Ἐγκαθίζων ἱππόταις
Εὔθυνε λαοῖς δίκας.
Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας

E. ζ. K. ιγ'.

Λῦσον ἄμμιν, μή τι νεώτερον ἐξ
Αὐτῶν ἀναστήσῃ κακόν.
Ὣς ἄρ' εἶπεν. ἀκᾷ
Δ' ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας· ἔσομαι

Τοῖος.

---

autem aversantur, si qua simultas intercedit cognatis, pudore [pietate inter eos] extincto.

[*Ant.* 7.] Non decet nos duos æs-penetrantibus gladiis aut jaculis magnas majorum opes partiri. Oves quippe tibi ego et boum flavos greges relinquo agrosque omnes, quos ablatos meis parentibus depasceris, opes tuas alens. Neque me angit, quod tuam domum hæc valde amplificant. Sed sceptrum regium et thronum, cui olim Crethides [Æson] insidens equestrium dirigebat populorum jura; hæc quidem sine communi molestia

[*Epod.* 7.] redde nobis, ne quod gravius inde tibi excites malum. Sic utique dixit. Placide autem vicissim allocutus est eum etiam Pelias: Ero talis. Sed jam me senilis

Roburque solis cernimus aureum.
Parcæ recedunt, si tenet hosticus
Ardor propinquos, mutuique
Eripit exuvias pudoris.
Non nos supremum vel penetrabili
Nunc ense, acutis vel jaculis juvat
Tentare avorum, turbidoque
Dissidio lacerare honorem.
Oves relinquo quippe tibi, et boum
Armenta fulvis hispida pellibus,
Agros et omnes sponte cedo,
Illa mei spolia illa patris,
Queis ipse raptor pasceris, et tibi
Jamdudum opimas amplificas opes:
Nil ista curo, quæ perenni
In gremium tibi fonte manant.
At curo sceptrum, curo throni decus,
Quo sedit olim in vertice gloriæ,
Rexitque Crêthîdes (1) equestres
Jusrificis populos habenis.
Hæc redde nobis, neve molestiæ
Quicquam sit ultra, ne nova suscites
Hinc damna rerum. Sic locutum
Lenibus et Pelias vicissim

 Verbis

(1) Æson Crethei filius.

Τοῖος. ἀλλ' ἤδη με γηραι-
ὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ·
Σὸν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι κυ-
μαίνει· δύνασαι δ' ἀφελεῖν
Μᾶνιν χθονίων. κέλεται γὰρ ἑὰν
Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος, ἐλ-
θόντα πρὸς Αἰήτα θαλάμους,
Δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,
Τῷ ποτ' ἐκ πόντου σαώθη

Σ. ή. Κ. ιδ'.

Ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.
Ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος ἰὼν
Φωνεῖ. μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ,
Εἰ μεταλλατόν τι· καὶ ὡς τάχος ὀ-
τρύνει με τεύχειν ναῒ πομπάν.
Τοῦτον ἄεθλον ἑκὼν
Τέλεσσον· καί τοι μοναρχεῖν
Καὶ βασιλευέμεν ὄ-
μνυμι προήσειν· καρτερὸς
Ὅρκος ἄμμι μάρτυς ἔστω
Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
Σύνθεσιν ταύταν ἐπαι-
νήσαντες οἱ μὲν κρίθεν.
Ἀτὰρ Ἰάσων αὐτὸς ἤδη

A. ή.

---

nilis pars ætatis circumdat; [adest mihi senectus;] tuæ vero ætatis flos adhuc viget; potesque auferre iram inferorum. Jubet enim Phrixus profectum ad Æetæ thalamos suam animam piare, pellemque arietis villosam auferre, quo olim e mari servatus fuit

(*Str.* 8.) eque novercæ impiis telis. Hæc mihi mirum somnium allapsum mandat. Ego vero oraculum consului apud Castaliam, si quid explorari posset; idque jussit me quam celerrime navi suscipere profectionem. Hunc tu laborem sponte perfice, tum tibi monarchiam et regnum juro me traditurum, firmum jusjurandum [per quem sancte juratur] nostrum testis adsit Jupiter genitalis utrique. In pactum hoc ubi convenissent, discesserunt. At Jason ipse jam

Verbis remulcens, talis ero tibi,
Qualem, inquit, optas. Sed male me gravis
Senecta circumdat, juventa
Dum vegeto tibi floret igne.
Quare Inferorum avertere Manium
Iram imminentem mi validus potes.
Nam Phrixus (1) Æetæ profectum
In thalamos animam remotis
Vocare ab oris me jubet huc suam
Cum pelle villosi auriferâ arjetis,
Quo sospes undas, impiæque
Ille sagittiferas novercæ
Evasit artes. Id nova somnii
Mi visa imago nuntia clamitat.
Oracla quæsivi, mihique
Castalio sonus actus antro
Undosa ponti protinus imperat
Parare cursum per vada. Tu mihi,
Tu fortis hunc ipsum subire
Ne renuas, juvenis, laborem.
Tibi daturum me solium statim,
Regnumque juro, cum patriam redux
Tuam revises. Testis esto
Mi Pater altitonans et ultor,
Auctorque nostri sanguinis. Annuunt
Utrinque pactis conditionibus
Heroes ambo, sêque leni
Dissociant abeuntque gressu.

Jam

(1) Phrixus Athamantis et Nepheles filius, qui, ut Inonis novercæ insidias fugeret una cum Helle sorore sua ariete vectus trajecit mare, sed Helle præ timore in undas lapsa atque submersa, in Colchicam Æetæ terram solus pervenit, ibique in luco fixit vellus aureum Arietis Jovi, vel, ut alii putant, consecratum Marti.

Α. ή. Κ. ιδ'.

Ὄρνυεν κάρυκας ἰόντα πλόον
Φαινέμεν παντᾶ. τάχα δὲ Κρονίδα-
ο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκαμαντομάχαι
Ἦλθον Ἀλκμάνας θ' ἑλικοβλεφάρου
Λήδας τε. δοιοὶ δ' ὑψιχαῖται
Ἀνέρες, Ἐννοσίδα
Γένος, αἰδεσθέντες ἀλκάν,
Ἔκ τε Πύλου καὶ ἀπ' ἄ-
κρας Ταινάρου· τῶν μὲν κλέος
Ἐσλὸν Εὐφάμου τ' ἐκράνθη
Σόν τε, Περικλύμεν' εὐρυβία.
Ἐξ Ἀπόλλωνος δέ, φορ-
μικτὰς ἀοιδᾶν πατὴρ
Ἔμολεν, εὐαίνητος Ὀρφεύς.

Ε. ή. Κ. ιγ'.

Πέμπε δ' Ἑρμᾶς χρυσόραπις διδύμους
Υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον,
Τὸν μὲν Ἐχίονα, κε-
χλαδόντας ἥβᾳ, τὸν δ' Ἔρυτον. ταχέως
Δ' ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα

Ναιε-

[*Ant.* 8.] incitabat præcones instantem navigationem denunciare ubique. Statim vero Saturnidæ Jovis filii tres nigrisque-superciliis-ornatæ Alcmenæ Ledæque invicti-pugnatores venerunt, duoque alte-comati viri, Neptuni soboles, reveriti [Jasonis] virtutem, eque Pylo et a promontorio Tænaro; quorum, Euphemi quidem tuaque, o Periclymene fortissime, gloria insignis [hac expeditione] reddita est. Apolline vero natus, citharœdus carminum pater, accessit laudibus clarus Orpheus.

[*Epod.* 8.] Misit porro Mercurius auream-virgam-gestans duos filios ad difficilem laborem, unum Echionem, juventæ vigore plenos, alterum Erytum; statim autem,

ad

Jam præco ab ipso multus Jasone
Missus Pelasgis spargit in urbibus
Iter marinum, nauticamque
Altisono ciet ære gentem.
Invicti in armis continuo viri
Stetere summo tres geniti Jove
Ex Alcumenâ nigricantis
Nube supercilii decorâ,
Ledâque, et altis verticibus duo
Comam explicantes, fluctisoni genus
Illustre Neptuni (1), relictâ
Nestoreæ statione terræ,
Et prominentis littore Tænari
Iêre et ipsi pectus Jasonis
Sublime mirantes, et ausa
Perpetuos celebranda in annos,
Unde illa ab aspris orta periculis,
Enavigatâ jam pelagi viâ,
Lux gloriæ Euphêmo, tibique,
Forti animo, Periclymne, risit.
Quin visus almo natus Apolline
Cælestis Orphêus carminis arbiter
Paterque, spectatusque cunctis
Omnigenâ citharædus arte.
Ipse ipse virgâ nobilis aureâ
Durum ad laboris munus Echîonêm,
Et Euriton prolem venustam,
Ac solido viridantis ævi
Vigore plenam Mercurius dedit,
Dum læti eôdem Threicii incolæ

Venêre

(1) Periclymenus Nelei filius, Neptuni nepos e Pylo venerat, Euphemus autem ex Tænaro.

Ναιετάοντες ἔβαν· καὶ γὰρ ἑκὼν
Θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔν-
τυεν βασιλεὺς ἀνέμων
Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας
Ἄνδρας πτεροῖσι νῶτα πε-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.
Τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν Ἡμιθέοι-
σιν πόθον γ' ἔνδαιεν Ἥρα

Σ. θ'. Κ. ιδ'.

Ναὸς Ἀργοῦς· μή τινα λειπόμενον
Τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν
Αἰῶνα πέσσοντ'· ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ
Φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς
Ἄλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
Ἐς δὲ Ἰωλκὸν ἐπεὶ
Κατέβα ναυτᾶν ἄωτος,
Λέξατο πάντας ἐπαι-
νήσαις Ἰάσων. καί ῥά οἱ
Μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλά-
ροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος ἄμβασε στρατὸν
Πρόφρων. ἐπεὶ δ' ἐμβόλου
Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν,

A. θ'.

---

ad Pangæi montis radices habitantes, venerunt. Promptus etiam animo lubenti cito armavit Zeten Calainque rex ventorum, pater Boreas, viros utrumque alis terga horrentes purpureis. Hocce ad inflectendos-animos-potens dulce in Semideis desiderium accendit Juno

[*Str.* 9.] navis Argus: ne quis relictus periculorum expertem, apud matrem maneret, vitam fovens; sed ut vel mortis cum periculo ornamentum pulcherrimum virtutis suæ æqualibus assequeretur cum aliis. In Jolcum vero postquam descendit nautarum flos: recensuit omnes, postquam laudasset, Jason. Et vero vates ex auguriis sortibusque vaticinans sacris Mopsus, navem conscendere jussit exercitum promptus [auguria fausta nuncians.] Postquam autem e rostro desuper suspenderant ancoras:

Venêre Pangæi. Micante
Nam Boreas, hilarique corde
Ventis timendus Rex Calain cito,
Zetenque misit triste rubentium
Alarum obarmatos utrinque
Horrificis fera dorsa pennis.
Hoc navis Argûs porro Cupidine
Ciente captis grandia mentibus
Dulce omnium correpta Juno
Pectora Semideûm perussit,
Ne matris ullus molliter in sinu
Relictus annos transigeret suos
Exsors pericli, sed vel ipso
Ferret ab interitu superstes
Pulcris levamen grande laboribus
Vivo per urbes nomine, et addito
Æqualium claris suorum
Ordinibus rutilisque fastis.
Jamque, ut cupitum flos generosior
Nautarum Jolci vênit in oppidum
Justâ frequentem laude tollit,
Lustrat et Æsonides catervam,
Cui Mopsus (1) augur, vidit ut alites,
Sacrosque talos, scandere præcipit
Navim ocius tutum secunda
Omnia vaticinans per æquor.
Ergo revulsas vix bene navitæ
Rostro illigarunt desuper anchoras,

(1) Ambycis filius servans alites et talos, qui in sacris mensis ad divinandum jaciebantur.

A. Θ'. K. ιδ'.

Χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν
Ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ πατέρ' Οὐρανιδᾶν
Ἐγχεικέραυνον Ζῆνα, καὶ ὠκυπόρους
Κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ' ἐκάλει,
Νύκτας τε, καὶ πόντου κελεύθους,
Ἄματά τ' εὔφρονα, καὶ
Φιλίαν νόστοιο μοῖραν.
Ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀντ-
αῦσε βροντᾶς αἴσιον
Φθέγμα· λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκτῖ-
νες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι·
Ἀμπνοὰν δ' ἥρωες ἔ-
στασαν Θεοῦ σάμασι
Πιθόμενοι. κάρυξε δ' αὐτοῖς

E. Θ'. K. ιγ'.

Ἐμβαλεῖν κώπαισι τερασκόπος, ἁ-
δείας ἐνίπτων ἐλπίδας.
Εἰρεσία δ' ὑπεχώ-
ρησε τραχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄκορος.
Σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' Ἀξεί-
νου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον. ἔσ-
θ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἕσ-
σαντ' εἰναλίου τέμενος.

Φοίνισσα

[*Ant.* 9.] auream manibus accipiens phialam dux, in puppi, patrem Cælitum, fulminatorem Jovem et celeres fluctuum ventorumque motus invocabat et noctes, et maris vias, diesque felices et optabilem reditus fortunam. E nubibus vero ei respondit tonitru fausta vox; splendidique venerunt radii ex fulgure erumpentes. Animum autem heroes receperunt Dei prodigiis confisi.

[*Epod.* 9.] Jussit vero eos incumbere remis prodigiorum speculator, dulces indicans spes. Remigatio igitur asperarum manuum labore indefessa successit: Notique flatibus ad Ponti Axini ostium acti venerunt; ubi sacrum Neptuno marino constitue-
runt

Auro coruscantem prehendens
Hire manu phialam vocavit
In puppe ductor Cælicolûm Patrem
Hastâ rubentem fulmineâ, impetûs
Ventorum, et undas comprecatus
Oceani, facilesque cursûs,
Noctesque sudas et niveos dies,
Et cuncta dulci cum reditu bona.
E nube respondit sonoro
Prospera vox tonitrus fragore,
Venitque lætus fulgure prodiens
In ora splendor. Prodigiis Dei
Firmatur heroum novasque
Sumit opes animumque virtus.
Secunda remis cærula nuntiat
Vates futuri præscius omine
Favente cæptis, speque certâ
Lætificam reserante sortem.
Tonsas adurgens pâret, et acribus
Instat lacertis instabilem cohors
Sulcare fluctum, jamque flabris
Acta Noti, manuumque pulsu
Axîni (1) ad arctum se videt ostium.
Ibî marino constituit pia
Deo sacellum, Thracioque
E grege luxuriante ripis

O 2 Rufum

(1) Axinum vocat poeta Euxinum pontum, quod inhospitalis ob feritatem esset.

Φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα
Ταύρων ὑπᾶρχεν· καὶ θεό-
κτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.
Ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι,
Δεσπόταν λίσσοντο ναῶν,

Σ. ι. Κ. ιδ'.

Συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον
Ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμαι γὰρ ἔσαν
Ζωαὶ, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι
Ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες· ἀλ-
λ' ἤδη τελευτὰν κεῖνος αὐταῖς
Ἡμιθέων πλόος ἄ-
γαγεν. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐν-
ήλυθον, ἔνθα κελαι-
νώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
Μῖξαν, Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.
Πότνια δ' ὀξυτάτων βελέων
Ποικίλαν ἴϋγγα τε-
τρακνάμον' Οὐλυμπόθεν
Ἐν ἀλύτῳ ζεύξαισα κύκλῳ

Α. ι. Κ. ιδ'.

Μαινάδ' ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν
Πρῶτον ἀνθρώποισι· λιτάς τ' ἐπαοι-

δάς

---

runt delubrum: fulvus autem Thraciorum taurorum grex aderat: divinamque lapideam aram. In periculum vero grave conjecti, domino supplicabant navium [navigationis]

[*Str.* 10.] ut concurrentium impetum ineluctabilem effugerent petrarum. Geminæ enim erant, vivæ, voluebanturque velociores, quam graviter-stridentium ventorum acies. Sed jam mortem illa iis Semideorum navigatio adducebat. Phasin autem deinde ingressi sunt, ubi cum nigris Colchis robur [h. se] admoverunt [cum iis congressi sunt] Æetam apud ipsum. Domina autem acutissimorum telorum Cypris Venus versicolorem torquillam indissolubili quatuor radiorum rotæ alligatam

[*Ant.* 10.] furiosam avem primum ad homines cælitus detulit, preculasque incantatrices

Rufum juvencum marmoris immolat
Nativâ in arâ, supplice navium
Regem ore poscens, ut pericli
Navifragas subitura fauces
Exire felix indomitum queat
Motum Petrarum prælia frontibus
Gerentium adversis, et irâ
Usque novos meditante fluctûs.
Duas in undis fervere cerneres,
Vivasque tanto volvier impete,
Quanto horridi vis nulla venti
Miscet agens glomeratque nimbos.
At navigantum perpetuam semel
Diris quietem turba dedit nece,
Et Phasidos vincens fluenta
Colchiacis grave robur oris
Admovit ausu belligero nigræ
Congressa genti, nec timuit suas
Æëtæ in ipsius superbos
Ferre lares animosa plantas.
Late potentum missilium interim
Regina Cypris versicoloribus
Iynga (1) pennis, quam supernâ
Arce tulit, radiis tenaci
Vinclo revinctam bis geminis rotæ
Blandi volucrem tradit Jasoni
Matrem furoris, perdocetque
Flexanimi maga dicta sensûs.

Pre-

(1) Iynx juxta Scholiastem avis est maculosis plumis, oblongo collo, lingua admodum protenta, frequenter se se vertens, cervicem volutans suam, quam veneficæ rotæ alligabant, et circumvolvebant cantantes carmen ad amatoria incantamenta.

δαὶς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν·
Ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοι-
τ' αἰδῶ, ποθεινὰ δ' Ἑλλὰς αὐτὰν
Ἐν φρεσὶ καιομέναν
Δονέοι μάστιγι Πειθοῦς.
Καὶ τάχα πείρατ' ἀέ-
θλων δείκνυεν πατρωΐων·
Σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσα-
σ' ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν
Δῶκε χρίεσθαι. καταί-
νησάν τε κοινὸν γάμον
Γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μῖξαι.

E. ί. K. ιγ΄.

Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν
Μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο
Καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ
Ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρὸς,
Χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσε-
σκον χθόν' ἀμειβόμενοι· τοὺς ἀγαγὼν
Ζεύγλᾳ πέλασσεν μοῦνος. ὀρ-
θὰς δ' αὔλακας ἐντανύσαις
Ἤλαυν', ἀναβωλακίας δ' ὀργυι-
ὰν σχίζε νῶτον γᾶς· ἔει-
πεν δ' ὧδε. τοῦτ' ἔργον βασιλεὺς,

Ὅς

---

tatrices edocuit sapientem Æsonidem, ut Medeæ eximeret parentum reverentiam, desiderabilisque Græcia ipsam in pectore ardentem versaret flagello Suadæ. Atque mox illa [Medea] finem laborum paternorum [a patre injunctorum] ostendit Jasoni, oleoque permixta remedia gravium dolorum dedit quibus ungeretur; pactique sunt communes nuptias dulces inter se jungere.

[*Epod.* 10.] At postquam Æetes adamantinum in medio aratrum statuisset, et boves, qui flammam e flavis malis spirabant ardentis ignis, æreisque ungulis pulsabant terram alternis; hos adductos jugo admovit solus [Æetes]; rectosque sulcos in longum ducens egit, et glebas emittentis ad orgyæ altitudinem dissecuit dorsum terræ.

Tum

Precesque certas, queis procul avolet
Timor parentis Colchidi, et intimis
Ustam ignibus Suâdæ placenti
Græcia cara agitet flagello.
Sic victa virgo magnanimo duci
A patre jussas ultro aperit statim
Vices laborum, præpotensque
Mixtum oleo medicamen offert,
Quo membra inunctus spernere flammeos
Possit dolores. Ille suæ manum
Dat gratus, optatique spondet
Delicias thalami puellæ.
Sed Argonautis ecce adamantinum
Æêta aratrum sistit atrox solo,
Taurosque, qui spirant anhelo
Gutture, purpureâque mâlâ
Ardentis undas ignis, et æreâ
Sonant euntes sæviter ungulâ,
Cavantque campum. Tractat unus,
Et rabidos juga ferre cogit,
Rectosque sulcos ducere; prosecat
Terrestre dorsum tres cubitos means
In ima, submersasque tollit
Visceribus cumulatque glebas.
Mox ille (1) arato jugere turgidus
Hoc, inquit, ipsum Rex mihi si dabit

Factum

(1) Æetes primi laboris facto periculo Jasonem provocat ad sui imitationem præmium proponens vellus aureum.

Ὅς τις ἄρχει ναὸς, ἐμοὶ τελέσαις
Ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,

Σ. ιά. Κ. ιδ'.

Κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.
Ὣς ἄρ' αὐδάσαντος, ἀπὸ κρόκεον
Ῥίψαις Ἰάσων εἷμα, Θεῷ πίσυνος
Εἴχετ' ἔργου. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει,
Παμφαρμάκου ξείνας ἐφετμαῖς.
Σπασσάμενος δ' ἄροτρον,
Βοέοις δήσαις ἀνάγκαις
Ἔντεσιν αὐχένας, ἐμ-
βάλλων τ' ἐριπλεύρῳ φυᾷ
Κέντρον αἰανὲς, βιατὰς
Ἐξεπόνησ' ἐπιτακτὸν ἀνὴρ
Μέτρον. ἴυξεν δ', ἀφω-
νήτῳ περ ἔμπας ἄχει,
Δύνασιν Αἰήτας ἀγασθείς.

Α. ιά. Κ. ιδ'.

Πρὸς δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα φίλας
Ὤρεγον χεῖρας, στεφάνοισί τέ μιν
Ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λόγοις
Ἀγαπάζοντ'. αὐτίκα δ' Ἀελίου
Θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμπρὸν

Ἔννεπεν,

Tum ita dixit: Hoc opus, rex qui præest navi, mihi si perfecerit; incorruptibile stragulum auferat,

[*Str.* 11.] vellus splendidum aurea fimbria. Sic eo dicente, abjecto Jason croceo vestimento, Deo fretus, aggrediebatur rem. Ignis vero eum non turbabat veneficiorum-peritissimæ hospitæ præceptis. [medicaminibus.] Protracto vero aratro bubulis quum religasset necessitatis [domantibus] instrumentis colla [taurorum,] incutiens validorum-laterum-corpori stimulum gravem, fortis elaboravit imperatum heros [agri] spatium. Ingemuit vero tacito quamvis dolore robur Jasonis Æetes admiratus

[*Ant.* 11.] simulque socii forti viro amicas porrigebant manus, coronisque eum herbaceis redimiebant, blandisque sermonibus excipiebant. Statim autem Solis admirandus

Factum superbæ præses Argûs,
Accipiat sibi fortis ille
Nullo terendum tempore stragulum,
Aurique flavâ nobile fimbriâ.
Vix Colchus hæc fudit, repente
Ex humeris croceum calescens
Velamen aufert Æsonides suis,
Deoque fretus propositum petit
Certamen. Haud illum ferorum
Rictibus exsiliens apertis
Conturbat ignis, lædere nescius
Heroa tutum consilio hospitæ,
Quæ ceteris prælata sagis
Arte veneficii triumphat.
Boves aratro subjicit eruto,
Necessitatis colla domantibus
Armis, et ingentem potenter
Vim laterum stimulante dextrâ
Urget frementes impatiens moræ,
Æquorque findit durus, et æmulo
Tandem subacti præstitutum
Complet agri spatium vigore.
Æëta pallens adstupet, et gravem
Muti doloris dat gemitum; manus
Jasoni porgunt amicas,
Et foliis socii coronant,
Herbisque fortem: plausibus insonat
Lætisque cælum vocibus. Illicet
Hic sole natus monstrat acri
Umbriferum juveni coruscæ

Ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκ-
τάνυσαν Φρίξου μάχαιραι.
Ἤλπετο δ' οὐκέτι οἱ
Κεῖνόν γε πράξασθαι πόνον.
Κεῖτο γὰρ λόχμᾳ· δράκοντος
Δ' εἴχετο λαβροτάταν γενύων,
Ὃς πάχει μάκει τε πεν-
τηκόντορον ναῦν κράτει,
Τέλεσαν ἃν πληγαὶ σιδήρου;

E. ιά. K. ιγ'.

Μακρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν· ὥ-
ρα γὰρ συνάπτει· καί τινα
Οἶμον ἴσαμι βραχύν·
Πολλοῖσι δ' ἅγημαι σοφίας ἑτέροις.
Κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις
Ποικιλόνωτον ὄφιν, ὦ Ἀρκεσίλα,
Κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐ-
τᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.
Ἔν τ' ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν,
Πόντῳ τ' ἐρυθρῷ, Λημνιᾶν
Τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.
Ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδεί-
ξαντο κρίσιν, ἐσθᾶτος ἀμφὶς,

Σ. ιβ'.

---

randus filius vellus splendidum indicabat ubi illud extenderant Phrixi cultri. Sperabat autem non item ei huncce perfecturum esse [Jasonem] laborem. Repositum enim erat in saltu, draconisque custodiebatur sævissimis malis, qui crassitie longitudineque quinquaginta-remorum navem [ipsam Argo] superabat, quam construxerant ictus ferri.

[*Epod.* 11.] Longe mihi [in promtu esset] procedere in via: opportunitas quidem adesset: sed novi etiam semitam quandam brevem, multisque præcello artificio [hoc] aliis. [Verbo:] Interfecit ille arte, cæsiis-oculis varioque-tergo serpentem, o Arcesila, clamque abduxit Medeam cum vellere Peliæcidam; ad Oceanique pontum accesserunt mareque rubrum Lemniarumque gentem femioarum viricidarum, ubi et membrorum, in certaminibus, exhibuerunt specimen, veste nudati,

Pellis recessum, sacra ubi pensilem
Phrixi explicatat dextera. Nam putat
Haud posse Victorem recenti
Innocuum superesse pugnæ.
Luco repostum Vellus in horrido
Servabat anguis mortifer, arduâ
Qui corporis, crassâque mole
Navigium superabat amplum,
Ferri quod ictu multiplicabili
Molita quinis ars decies dedit
Extendier remis, profundi
Stagna novum super alta monstrum.
Esset patentis pergere per viæ
Mi prompta tractûs copia. Sed brevem
Æquê ipse callem novi, et ista
Dux aliis sapiens poetis
Virtute præsto. Somni igitur dolis
Oppressit Heros lumine turbidûm
Glauco minantem, lividisque
Terga notis varium draconem,
Fixitque telis, Arcesilâ, et sui
Plenus triumphi Velleris aureo
Cum flore Medeam, latronis
Exitium Peliæ, volentem
Clam patre secum duxit, et aspera
Iêre ponti per freta navitæ,
Indi laborarunt vagantes
Fluctibus Oceani, virûmque
Fœdas suorum sanguine feminas
Sunt vento adacti visere; at insulâ
Parante ludos, membra nudi
In mediâ specimen palæstrâ

Σ. ιβ'. Κ. ιδ'.

Καὶ συνεύνασθεν. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς
Πεν ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας
Ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο μοιρίδιον
Ἆμαρ, ἢ νύκτες. τόθι γὰρ γένος Εὐ-
φάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ
Τέλλετο. καὶ Λακεδαι-
μονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
Ἤθεσιν, ἔν ποτε Καλ-
λίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
Νᾶσον. ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοί-
δας ἔπορεν Λιβύας πεδίον
Σὺν Θεῶν τιμαῖς ὀφέλ-
λειν, ἄστυ χρυσοθρόνου
Διανέμειν θεῖον Κυράνας

Α. ιβ'. Κ. ιδ'.

Ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις.
Γνῶθι νῦν Οἰδιπόδα σοφίαν.
Εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
Ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυὸς, αἰ-
σχύνοι δέ οἱ θαητὸν εἶδος·
Καὶ φθινόκαρπος ἐοῖ-
σα διδοῖ ψᾶφον περ' αὐτᾶς,
Εἴ ποτε χειμέριον

Πῦρ

[*Str.* 12.] et [cum illis] consueverunt. Atque tum, in peregrinis licet terris, vestræ felicitatis scintillas accepit fatalis dies vel noctes. Ibi enim genus Euphemi satum in posterum perpetuum [tempus] extitit. Et Lacedæmoniorum ingressi sedes postea aliquando in Callistam migrarunt insulam. Inde vero vobis Latonæ filius dedit Libyam terram Deorum beneficio colendam, ad urbem aurithronæ gubernandam divinam Cyrenes

[*Ant.* 12.] recti-consultricem prudentiam adeptis. Calle nunc Œdipi sapientiam. Etiamsi quis ramos acuta securi amputet magnæ quercus, fœdetque admirandam ejus speciem, [tamen illa] etsi sterilis reddita, dat suæ naturæ argumentum, si quando hiber-

Sui dederunt roboris, et toros
Ingressi amantum Lemniacas sibi
Junxere nymphas, unde vestri
Alma dies peregrino in orbe,
Vel nox recepit seminis excitas
Fato favillas. Nam genus indidem
Surgens per Euphemum (1) perenne
Postgenitis nitidumque fulsit.
Hinc alma proles Œbaliæ (2) antea
Immixta genti, tempore in insulam
Volvente Callistam profecta
Légit ibi statuitque sedem.
Post vero terram munere splendido
Vobis Libyssam Latöides dedit
Habere, et aurato sedentis
In solio populum (3) Cyrenes
Beare justis legibus, et sacrâ
Rectum sequentis luce scientiæ.
Nunc Œdipi qui mente polles,
Implicitum mihi solve nodum.
Ingens acutis tonsa bipennibus
Porrecta quercus brachia, et undique
Spectabilem fœdata formam,
Trunca licet, sterilisque facta
Humi recumbat, certa suæ tamen
Aptos in usûs signa dat indolis,

Seu

(1) Euphemus ex Malache muliere Lemnia Leucophanem suscepit, ex quo longa nepotum serie ortus est Battus Cyrenes conditor.

(2) Filii in Lemno nati Lacedæmonem venere suos quæsitum patres qui mulieres in discessu reliquerant orbas; inde processu temporis Lacedæmonem deserentes in insulam Callistam, quæ a Thera dicta postea Thera fuit, eo duce migrarunt, ibique manserunt, donec Apollo Cyrenen in Lybia eis tribuit possidendam.

(3) Nymphæ cognominis urbi ejusque Reginæ.

Πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον,
Ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι
Δεσποσύναισιν ἐρειδομένα
Μόχθον ἄλλοις ἀμφέπει
Δύστανον ἐν τείχεσιν,
Ἑὸν ἐρημώσαισα χῶρον.

Ε. ιβ'. Κ. ιγ'.

Ἐσσὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος,
Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος.
Χρὴ μαλακὰν χέρα προσ-
βάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν.
Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-
σαι καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώ-
ρας αὖθις ἔσσαι δυσπαλὲς
Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας
Εἰ μὴ Θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερ-
νατὴρ γένηται. τὶν δὲ τού-
των ἐξυφαίνονται χάριτες.
Τλᾶθι τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ Κυρά-
νας θέμεν σπουδὰν ἅπασαν.

Σ. ιγ'. Κ. ιδ'.

Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος
Ῥῆμα πόρσυν'· ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα
Τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν.

Αὔξεται

---

hibernus igois illa fiat ad extremum, aut rectis herilibus [in heri domo] columnis fulta [tanquam trabs] oous aliis in muris difficile sustineat, suo derelicto loco.

[*Epod.* 12.] Tu vero ades medicus opportunissimus; Paanque tuam hoorat vitam. [favet tibi.] Oportet molli manu adhibita os vulneris tractare. Facile quippe est civitatem concutere etiam imbecillioribus. At in sede iterum collocare, difficile utique est, loopinato oisi Deus principibus gubernator adfuerit. Tibi vero harum rerum contexitur decus. Persevera felicem in Cyrenem impendere studium omne.

[*Str.* 13.] Homericarum autem etiam hanc considerans sententiam cura: Nuncium prudeotem, inquit, honorem maximum [adeoque successum] negotio cuivis afferre.

Au-

Seu tradita hibernis voraces
Magna focis alat esca flammas,
Seu trabs supernê principis addita
Heri columnis sede procul suâ
Sustentet ignoti prementem
Parjetis impositi ruinam.
Tu civitati tu potes unicus
Ægræ mederi, cum medicæ tibi
Solertiæ Pæan repertor
Assideat radietque vitam.
At ulcer vulneosiris os levi
Tractare dextrâ molliter est opus.
Nam quisque et imbellis vigentem
E facili labefactat urbem;
Primis sed illam reddere honoribus
Quanti est laboris, ni subito Deus
Regnantibus præsente felix
Consilio moderator adsit!
Tanta ista Princeps nunc tibi texitur
Corona laudis. Proin operi stude
Magno, et Cyrenen sospitali
Perge tuam stabilire curâ.
Attende et illud Mæonidis grave,
Curâque dictum: quì bona nuntiat,
Et apta prudens, portat omni
Grande decus, pretiumque facto.

Fit

Αὔξεται καὶ Μοῖσα δὶ ἀγγελίας
Ὀρθᾶς. ἐπέγνω μὲν Κυράνα
Καὶ τὸ κλεεννότατον
Βαττου μέγαρον δικαίαν
Δαμοφίλου πραπίδων.
Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέος,
Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρ-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.
Ὀρφανίζει μὲν κακὰν
Γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός·
Ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,

A. ιγ'. K. ιδ'.

Οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς,
Οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ
Καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.
Εὖ νιν ἔγνωκεν· θεράπων δέ οἱ, οὐ
Δράστας, ὀπαδεῖ. Φαντὶ δ' ἔμμεν
Τουτ' ανιαροτατον,
Καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκᾳ
Ἐκτὸς ἔχειν πόδα. καὶ
Μαν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ
Προσπαλαίει νῦν γε πατρώ-
ας ἄπο γᾶς ἄπο τε κτεάνων.

Λῦσε

Augetur adeo [honore] Musa quoque nuncio recto. Cognovit Cyrene et celeberrima domus Batti justam [rationem et viam] Demophili mentis. Ille enim inter pueros juvenis, in consiliis vero senex, quasi assecutus centennem vitam. Removet maledicentiam a splendida voce, didicitque injuriosum odisse

[*Ant.* 13.] non contendens contra bonos, neque procrastinans rem ullam; quandoquidem tempus opportunum inter homines breve spatium habet; [mox præterit;] ille vero bene id novit, comitaturque eum [opportunitas] famula non tanquam fugitiva. Ajunt vero esse hoc molestissimum, nosse honesta [bonorum sensum habere], at ex necessitate extra ea habere pedem. [iis carere.] Et sane ille tanquam alter] Atlas cum cælo [ita ipse cum ærumnis] colluctatur nunc procul patria a tellure, et

a

Fit ipsa major, cantibus et suis
Addit vigorem, cum bene præcipit
Clio, nec insignes virorum
Esse sinit sine laude dotes.
Novit Cyrenê, novit et enitens
Batti aula rectas Demophili vias,
Justumque pectus. Robur ille
Corde gerit juvenile, et altâ
Est mente cânis par senibus, velut
Centum sit annos natus. Is improbâ
Orbat dicacem voce linguam,
Et didicit malesana cæcæ
Odisse turbæ crimina. Non bonos
It ipse contra, nec piger in dies
Agenda ducit, quippe visam
In celeri rapit ille puncto.
Occasionem doctus, et obsequi
Sibi, haud fugacem ceu famulam, jubet.
Res dura porro, perque acerba
Est homini bona multa nosse,
Longeque ab illis cogier extimos
Tenere passûs. Nunc patriâ miser
Tellure, fortunisque pulsus
Triste suo novus ille cælo

Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος
Τιτᾶνας. ἐν δὲ χρόνῳ
Μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου,

E. ιγ'. K. ιγ'.

Ἱστίων. ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν
Νοῦσον διαντλήσαις ποτὲ
Οἶκον ἰδεῖν· ἐπ' Ἀπόλ-
λωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέπων
Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν,
Πολλάκις ἔν τε σοφοῖς δαιδαλέαν
Φόρμιγγα βαστάζων πολί-
ταις ἡσυχίᾳ θιγέμεν,
Μήτ' ὦν τινι πῆμα πορὼν, ἀπαθὴς
Δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν. καί κε μυ-
θήσαιθ', ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ
Εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων,
Πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθείς.

ΠΙΝΔ.

---

a possessionibus suis. Solvit tamen Jupiter immortalis etiam Titanas: et tempore vicissitudines, cessante vento,

[*Epod.* 13.] velorum. Sed optat, pernicioso morbo exantlato [exilio] tandem domum videre; ad Apollinisque fontem convivia frequentans animum tradere juvenili hilaritati; sæpeque inter sapientes cives affabre-factam citharam gestans, in otio quieto pulsare, nec sane cuiquam damnum inferens nec patiens ipse a civibus quicquam. Atque tum narraverit, qualem Arcesilao invenerit fontem immortalium versuum, nuper Thebis hospitio exceptus.

Luctatur Atlas. Sed tamen impios
Titanas ultro denique Juppiter
Benignus exsolvit, diuque
Fessa mari, simul aura cessat,
Dato quiescunt tempore lintea.
Ergo ille duri perniciem (1) mali
Elabier, raptamque rursus
Ardet adire domum, suosque
Videre tandem: gestit (2) Apollinis
Pro fonte mensis dulcibus accubans
Conviva curas explicatæ
Tradere lætitiis juventæ,
Interque cultos sæpius ordines
Gestans eburnam miri operis lyram
In otio tuto loquaces
Pollice sollicitare chordas,
Inferre juxta nescius, et pati
A cive damnum. Sic patriæ datus
Narrare possit, vena qualis
Arcesilæ decora alta rorans
Sit visa cantûs ambrosii sibi,
Cum nuper exul nobilis in sinum
Thebes receptus se beatâ
Hospitii (3) recreatet aurâ!

(1) Fugæ scilicet et exilii.
(2) Ad Apollinis fontem convivia publica illi sacra agitabantur.
(3) Ex his constat Demophilum Thebis hospitatum fuisse, et exceptum fortasse a Pindaro promissa apud Arcesilam deprecatione exilii, et in patriam reditu. Quia autem venia a Principe juste irritato difficillime obtineri poterat, callido ænigmate excisæ quercus se se insinuet poeta, ut, quemadmodum illa licet pristinam amiserit formam, utilis tamen ad multa esse potest, sic Demophilus magno usui fore cognoscatur in aula regia, si facti pœnitens in gratiam Regis redeat. Notæ enim civibus, et ipsi Regi virtutes exulis satis testentur, quid ille in posterum sit facturus.

PYTHIÆ QUINTÆ

ARGUMENTUM.

ITernm celebrat Arcesilanm Poeta eadem Olympiade in Pythiis ludis Victorem. Ut antem in superiore hymno tecte illum laudavit, ne populum infensum Regi irritaret, ita in hoc altero restitutum regno aperte condecorat illustratqne magnifica laudatione. Rectus igitur divitiarum usus Arcesilai prima virtus est, qua sibi beneficus et liberalis plnrimos conciliavit amicos, magnisque ad alendos equos factis sumptibus Castorem apud Cyrenæos ex Batti institutione cultum tam splendide honoravit, ut ejus patrocinio turbulentam seditionis procellam, reducta luce, dissipatam videret. Virtus altera potentia Regis est, quam ille acceptam divinitus moderatione ac sapientia sua singulari pulcriorem reddidit et civibus jucundiorem. Quis enim non amet magnarum urbium Regem, qui in via justitia incedit, et augustam majestatem cum prudentia conjunctam ipso ore et oculo incorruptæ mentis indice præ se fert? Quis non merito illi in Pythio certamine gloriam equis reportatam dicat, et acceptum esse hymnum in chorea canendum, cnjns præses Apollo est? Beatum illum propterea poeta dicit monetque ut recens victoriæ decus, quod alia ejus decora cumulat, juxta carmen sibi auditum celebratumque in horto Veneris, amœno scilicet Cyrenes solo, pro sua pietate ad Deum referat bonorum omnium anctorem, et Carrhoto aurigæ Alexibii filio et affini sno benevolentiæ suæ pignus gratique animi significationem ostendat snpra ceteros illum amicos diligens, quod ipsi egregiam aurigationis operam, præmeditata industria, gloriose navarit. Non enim ille a Castalio fonte reversus secum stulti Epimethei filiam excusationem, re male gesta, domum adduxit, sed salvum ec integrum inter quadraginta lapsos aurigas servavit currum, et in Delphico templo e tholo snspensum dedicavit Apollini, ut perenne

staret

staret monumentum victoriæ. Justam ergo mercedem fortissimo deberi viro ait, qui regio capiti immortale coronæ præmium imposuit, ac jure illum arduo defunctum labore donari a Gratiis præstantissimo laudis carmine, quo certaminis contentiones et suscepta pericula jucunditate gloriæ leniantur. Transit hinc, et occulte attingit Pindarus adversa multa, quæ a civibus pertulit Arcesilaus, negatque ulli hominum in terris plenam et integram felicitatem contingere. Probat id ipsius exemplo Batti, sive Aristotelis, quem errantem per deserta Libyæ monstrat cum suis feroces inter leones periturum procul dubio, nisi Phœbus deducendæ coloniæ auctor illi, et Herculis Ægimiique posteris, qui Lacedæmone, Argis et Pylo egressi in Theram primum, dein Cyrenen eo duce commigrarunt, horrendo belluis injecto metu eas in fugam dedisset, novoque populo vacuam et liberam patefecisset regionem. In colonis autem illis Thebanos etiam majores suos ex nobilissima Ægei stirpe fuisse cum maximo sui animi sensu poeta videt atque agnoscit exultans, seque ideo Thebanum hominem cum Cyrenæis et ipso Arcesilao jucunda propinquitate conjunctum esse gloriatur. Heraclidæ siquidem Thebas appulsi cum invenissent Ægidas Carneis intentos sacris in honorem Apollinis, eos sibi adjunxere socios cum Sacris illis, quæ mutatis sedibus ipsi et Ægidæ consensu unanimi una secum Cyrenen usque transtulerunt, et nunc etiam Cyrenais immixti civibus in Lybia celebrant accepta a Thebanis patribus religione. Recentibus hisce advenis a Batto deductis instructisque a Phœbo bonis artibus, medica nempe et citharædica facultate, Musarum studio ac legum, iisque omnibus, quæ ad civilem cultum et concordiam pertinent, Trojanos addit Pindarus hospites, qui multo ante everso Ilio cum Antenore agitati ventis venere in Libyam, ibique multi, profectis aliis in Italiam, suas sibi statuere domos digni plane, qui ob equestrem virtutem vita functi a nova colonia annuis sacrificiis et muneribus donarentur. Sic demonstrata antiqua Cyrenes origine, ad illustria conditoris Batti, a quo genus ducit Arcesilaus, facta procedit, cumque, postquam supra laudavit ut urbis turrim et hospitum oculum, laudat nunc, quod majores, quam antea,

Deorum

Deorum lucos fecerit, et Scyrotam viam aquato straverit solo, ut equorum cursibus et salutiferis Phœbi pompis mollior esset et elegantior usque ad Forum. Propterea illum, qui feliciter inter homines vixit, post mortem a populo tanquam Heroem fuisse cultum refert, et seorsim ac præcipuo in loco sepultum, cum ceteri Reges ante regiam seorsum a monumento Batti sepulcra habeant. Hos porro Reges belle fingit in Inferis exsultantes audire molli rore hymnorumque liquoribus irrigatam Arcesilai virtutem, sibique placere in filio, suumque putare præconium laudis, licet illi jure debitum, qui hoc a Phœbo per victoriam Pythiam jucundum accepit impensarum præmium. Hic Lyricus cetera Victoris merita singillatim enumerat a viris perspecta et laudata sapientibus, omniumque celebrata sermone. Mentis et eloquii vim in illo videt, quæ præstantia sua ætatem ejus superat; videt animi magnitudinem, qua ille inter alios viros tantum eminet, quantum aquila inter alias aves excellit; videt robur corporis in certaminibus propugnaculo simile, ingenium promptum et alacre jam inde a pueritia ad exercenda Musarum studia, summam agitandorum curruum peritiam et præclararum omnium, quæ in patria vigent, fervidam imitationem virtutum. Quæ omnia, quoniam divina promovet Providentia ad recte agendum vires Regi suppeditans, perpetua illi esse vates optat, rogatque Deos, ut in posterum semper factis ejus et consiliis benigni adsint, ne ventus hyemis exitialis florentem vitæ gratiam et honorem maligno flatu profliget. Jovem demum, qui sibi carorum hominum curam gerit regitque sortem, enixe adprecatur, ut apud Olympiam pariter, ut in Pythiis certaminibus modo dedit Arcesilao victoriam, gloriosam alteram eidem aliquando concedat, quæ novo ac majore ornamento gloriæ Batti genus exornet.

PYTHIA.

εἶδος έ.

ΑΡΚΕΣΙΛΑῼ ΚΥΡΗΝΑΙῼ

Ἅρματι.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενὴς,
Ὅταν τὶς ἀρετᾷ κεκρα-
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
Πότμου παραδόντος αὐτὸν, ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν.
Ὦ θεόμοιρ' Ἀρκεσίλα,
Σύ τοί νιν, κλυτᾶς
Αἰῶνος ἄκραν βαθμίδων
Ἄπο, σὺν εὐδοξίᾳ
Μεταν ίσσεαι ἕκατι χρυ-
σαρμάτου Κάστορος·
Εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
Ὄμβρον τεὰν καταιθύσ-
σει μάκαιραν ἑστίαν.

Α. ά. Κ. ιδ'.

Σοφοὶ δέ τοι κάλλιον
Φέροντι καὶ τὰν θεόσ-

δοτον

PYTHIA. V.

[*Str.* 1.] Divitiæ magnam vim habent, quum quis mortalis virtute temperatas pura, fortuna tradente, habeat eas multorum-amicorum-conciliatrices comites. O beate Arcesila, tu utique, ab inclitæ ætatis extremis gradibus usque, cum gloria eas tenes, voluntate aureo-curru-vecti Castoris, serenitatem qui post hibernam procellam in tua fulgere facit beata domo.

[*Ant.* 1.] Sapientes vero etiam pulcrius ferunt divinitus-datas opes. Te vero inceden-

P Y T H I A.

ARCESILAO EIDEM.

CURRU.

ODE GLYCONICO-ASCLEPIADEA. V.

VIs est magna pecuniæ,
Quam quis sorte datam temperat integrâ
Virtute, et sociam trahit,
Quo collecta vocat turba clientium.
Primis scilicet a tui
Illam ævi gradibus facta per inclyta,
Divine Arcesilâ, explicas
Afflante ingenium numine Castoris,
Qui curru super aureo
Post nimbi (1) tenebras fulgurat, et tibi
Sudâ luce micantibus
Tranquillum radiis exhilarat thronum.
Cæli munere traditam
Compostâ melius mente ferunt Sophi

(1) Alludit poeta ad civiles motus, quibus paullo ante agitabatur Cyrene.

δοτον δύναμιν. σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν
Δίκᾳ πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται·
Τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς
Ἐσσὶ μεγάλαν πολίων,
Ἔχει συγγενὴς
Δ' ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον
Γέρας τεᾷ τοῦτο μι-
γνύμενον φρενί. μάκαρ δὲ καὶ
Νῦν, κλεεννᾶς ὅτι
Εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
Ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
Τόνδε κῶμον ἀνέρων,

Ε. ά. Κ. ιδ'.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Τῷ, σε
Μὴ λαθέτω Κυράνᾳ
Γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενον·
Παντὶ μὲν Θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν·
Φιλεῖν δὲ Κάῤῥωτον ἔξοχ' ἑταίρων.
Ὃς οὐ τὰν Ἐπιμηθέος
Ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρό-
φασιν Βαττιδᾶν
Ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόντων.
Ἀλλ' ἀριστάρματον,

Ὕδατι

---

cedentem in justitia magna felicitas amplectitur, tum quia rex es magnarum urbium, oculusque congenitus [h. e. tuus] præ se fert venerandam hanc majestatem cum prudentia tua conjunctam; tum vero beatus etiam nunc es, gloriosa quod victoriam jam in Pythiade equis adeptus accipis huncce chorealem virorum hymnum,

[*Epod.* 1.] Apollineum ludicrum. Idcirco ne obliviscaris, in Cyrene, pulcrum circa hortum Veneris, celebratum [illud]: omnia quidem ad Deum auctorem referre; amato vero Carrhotum eximie inter socios: qui non Epimethei secum habens sero-sapientis filiam Excusationem Battidarum pervenit ad domos jura-colentium; sed

Illustrantque potentiam.
    Hinc te magnanimo justitiæ vias
Calcantem pede Faustitas
    Late conspicuis cingit amans bonis.
Nam Rex et Pater urbium
    Magnarum rutilas indice proferens
Innatam sapientiæ
    Majestatem oculo, Victor et hunc chori
Hymnum Delphicus accipis
    Ludentis resonum pignus Apollinis.
Ergo ne memori sinas
    Elabi ex animo, quod roseum prope
Hortum Cypridos audiit
    Cyrenê, et populo nunc etiam sonat:
Auctori decet omnium
    Ferre accepta Deo, quæ dedit; at simul
Amplecti ante alios opus
    Carrhôtum (1) socios, qui comitem viæ
Haud junxit Prophasin (2) sibi,
    Seram consilio stulti Epimêtheos
Prolem, justa colentium
    Cum sanctos peteret Battiadûm lares;

 Verum

(1) Carrhotus frater fuit uxoris Arcesilai et auriga regius, unusqua a principibus viris.
(2) Non ille excusationem stultam filiam Epimethei ea male gesta secum adduxit, cum Cyrenen adiret post certamen.

Ὕδατι Κασταλίας
Ξενωθεὶς, γέρας ἀμφ-
έβαλε τεαῖσι κόμαις,

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ἀκηράτοις ἀνίαις,
Ποδαρκέων δώδεκα
Δρόμων τέμενος. κατέκλασε γὰρ ἐν-
τέων σθένος οὐδέν· ἀλλὰ κρέμαται,
Ὁπόσα χεριαρᾶν
Τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων
Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψεν ἐν κοιλόπεδον
Νάπος Θεοῦ· τόσσ' ἔχει
Κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγεϊ
Παρνασσίῳ καθέσσαν-
το, μονόδροπον φυτόν.

Ε. β'. Κ. ιδ'.

Ἑκόντι τοίνυν πρέπει
Νόῳ τὸν εὐεργέταν
Ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
Σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες.

Μακα-

---

sed currus victorialis, ad aquam Castaliæ hospitio exceptus, præmium imposuit tuis comis,

[*Str.* 2.] salvis habenis equorum velocium duodecim-cursus-emensorum in campo sacro. [h. e. spatio, quod in illo erat.] Fregit enim instrumentorum robur nullum, sed pendent dedicata, quæcunque manu-fabricantium fabrorum opera afferens Crisæum collem prætervectus est, in cavo saltu Dei; totidem hæc] tenet cupressina trabs, ad statuam prope, Cretenses quam sagittarii in templo Parnassio collocarunt, unius arboris truncum.

[*Ant.* 2.] Benevola itaque decet mente benefactorem excipere. Te vero, o Alexibii fili, [Carrhote,] pulcricomæ illustrant Gratiæ, beatus qui habes etiam post ma-

Verum Castaliæ hospito
    A fonte alipedis splendida præmia
Currûs attulit, et decus
    Immortale tuis imposuit comis.
Quippe irrupta volantium
    Rexit quadrupedum lora per æquoris
Sacrati spatium, orbibus
    Bis sênis celeres dum raperent iter;
Nec robur violatier
    Armorum doluit, quæ sapiens novo
Fabrûm contulerat manus
    Arte inductâ operi, quæque cavo stupens
Luci vidit in ambitu
    Ferri difficilem Cirrha per orbitam.
Sospes currus, et integer
    Membris auricomo nunc (1) sacer est Deo,
Dependetque cupressinis
    Spectandus trabibus propter imaginem,
Quam trunco arboris unius
    Sculptam missilibus gens rapidis potens
Templo Gnossia in edito
    Parnasi (2) statuit. Grato igitur decet
Corde occurrere grandibus
    Carrhôti meritis. Inclyta Alexibî,
Et felix soboles nimis,
    Cui cinctæ Charites cæsariem rosis

Vultum

(1) Victrices quadrigæ dedicabantur a Victoribus in templo Delphico Apollini.

(2) Parnasus hic sumitur pro Pythone, ubi Cretenses ligneam statuam ex una arbore sculptam Deo consecrarunt.

Μακάριος, ὃς ἔχεις
Καὶ πεδὰ μέγαν κάματον
Λόγων φερτάτων
Μναμήϊον. ἐν τεσσαράκον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἁ-
νιόχοις ὅλον δίφρον κομί-
ξαις ἀταρβεῖ φρενὶ
Ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον
Ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων
Καὶ πατρωΐαν πόλιν.

Ε. β'. Κ. ιδ'.

Πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,
Οὔτ' ἔσεται· ὁ Βάττου
Δ' ἕπεται παλαιὸς
Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων,
Πύργος ἄστεος ὄμμα τε φαεννότατον
Ξένοισι. κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
Λέοντες περὶ δείματι
Φύγον, γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
Ὑπερποντίαν.
Ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
Θῆρας αἰνῷ φόβῳ,

Ὄφρα

---

magnum laborem carminum præstantissimorum monumentum. Inter quadraginta enim lapsos aurigas tu integrum currum reportans intrepido animo rediisti jam in Libyæ campum ex splendidis certaminibus patriamque urbem.

[*Epod.* 2.] Laborum vero nemo exsors est neque erit. Batti vero manet prisca felicitas, in utraque licet fortuna; propugnaculum urbis, lumenque clarissimum hospitibus. Illum sane et frendentes leones præ timore fugerunt, linguam quando illis attulit transmarinam. Nam auctor coloniæ deducendæ dedit Apollo bestias gravi metu,

Vultum lumine purpurant,
    Et laudis monumentum altisono recens
Vatum carmine tollitur,
    Merces egregiis alta laboribus;
Quadraginta etenim solo
    Dum fractis ruerent præcipites rotis
Aurigæ, incolumem unicus
    Tu currum intrepido pectore præpotens
Servasti, et celebri redux
    E ludi stadio nunc Libyæ tenes
Campum, tectaque patria
    Conspergis niveo pulvere gloriæ.
At nulli hic hominum datur
    Unquam, vel dabitur perpetuo vacans
Duris vita laboribus.
    Sic Batti eximiis prisca nepotibus
Miscet dulcia et aspera
    Fortuna instabili læta negotio.
Arx ille (1) ænea civibus
    Stabat præsidio, luxque erat hospitum,
Et ridens oculo Salus.
    Illum Marmaricæ cum catulis Leæ
Fûgêre horribilem suas
    Conjectæ in latebras, vocis ubi novus
Delphis pollicitæ fragor
    Extemplo attonitis incidit auribus.
Nam, qui fluctisonâ egredi
    Examen populi jusserat (2) Insulâ,

Vim

(1) Digressio ad Batti historiam suorum civium tutoria, et hospitum studiosissimi, cujus in Libyam adventu diffugere leones ad vocem Apollinis, qui conditori Cyrenes tutam ibi stationem esse voluit.

(2) Thera.

Ὄφρα μὴ ταμίᾳ
Κυράνας ἀτελὴς
Γένοιτο μαντεύμασιν.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων
Ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ
Γυναιξὶ νέμει· πόρεν τε κίθαριν·
Δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,
Ἀπόλεμον ἀγαγὼν
Ἐς πραπίδας εὐνομίαν.
Μυχόν τ' ἀμφέπει
Μαντήιον, τῷ καὶ Λακε-
δαίμονι ἔν τ' Ἄργει καὶ
Ζαθέᾳ Πύλῳ ἔνασσεν ἀλ-
κᾶντας Ἡρακλέος
Ἐκγόνους Αἰγιμιοῦ τε. τὸ δ' ἐ-
μὸν γαρύοιτ' ἀπὸ Σπάρ-
τας ἐπήρατον κλέος.

Α. γ'. Κ. ιδ'.

Ὅθεν γεγενναμένοι
Ἵκοντο Θήρανδε φῶ-
τες Αἰγεΐδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ
Θεῶν ἄτερ. ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
Πολύθυτον ἐς ἔρανον.

Ἔνθεν

---

metui, ut ne rectori Cyrenes irritus fieret in oraculis.

[*Str.* 3.] Qui et gravium morborum remedia viris et mulieribus distribuit, præbetque citharam, datque Musam quibuscunque voluerit, placidam in animum immittens tranquillitatem; antrumque regit fatidicum, per quod et Lacedæmone Argisque divinaque in Pylo habitare fecit strenuos Herculis posteros Ægimilque. At meum prædicetur, quod e Sparta mihi venit, amabile decus:

[*Ant.* 3.] Unde oriundi venerunt in Theram Ægidæ, mei majores, non sine numine; sed fatum quoddam duxit. Inde acceptum multarum victimarum epulum,

tua,

Ne vates foret irritus
    Cyrenes domino, prætrepidam feris
Vim formidinis intulit,
    Exstinxitque minas. Scilicet Is fuit
Qui præsentia (1) feminis,
    Ægrotisque viris ferre levamina
Morborum valet omnium;
    Argutæ reserat qui citharæ modos,
Et cantum docet, et bonis
    Musarum instituit, quos libet, artibus:
Qui sensûs placidis ciet
    Concordes animis, almaque civium
Firmat legibus otia,
    Et qui fatidici dirigit arbiter
Responsa ex adyto specûs,
    Quæ Sparten dederunt, Argolida et Pylon
Divinam generi Herculis,
    Clarique Ægimii prendere, et exteris
Illic sistere sedibus.
    At consanguineum non ego strenuâ
E Spartâ mihi proditum
    Laude orbabo decus. Namque mei patres
Ægîdæ (2) Lacedæmona
    Liquêre et Superis cæpta juvantibus,
Et Fato, in gremium sacræ
    Se Thêræ tulerunt, inde Libystidas
Legêre hospitio domos.

 Hic

(1) Memorantur artes Apollinis, ut intelligatur eas ab Apolline Cyrenæis fuisse collatas.

(2) Ægei filii Thebanorum familia, qui in Lacedæmonem, inde in Theram, in Libyam demum ex Thera migrarunt.

Ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, τεὰ
Καρνεῖα, ἐν δαιτὶ σεβί-
ζομεν Κυράνας ἀγα-
κτιμέναν πόλιν, ἔχοντι τὰν
Χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες Ἀντανορίδαι. σὺν Ἑλέ-
νᾳ γὰρ μόλον, καπνωθεῖ-
σαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον

Ε. γ'. Κ. ιδ'.

Ἐν ἄρει. τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος
Ἐνδυκέως δέχονται
Θυσίαισιν ἄνδρες
Ἰχνέοντές σφε δωροφόροι,
Τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε, ναυσὶ θοαῖς
Ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων.
Κτίσεν δ' ἄλσεα μείζονα
Θεῶν, εὐθύτομόν τε κατέθηκεν
Ἀπολλωνίαις
Ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς
Ἔμμεν ἱππόκροτον
Σκυρωτὰν ὁδόν. ἔν-
θα πρυμνοῖς ἀγορᾶς
Ἐπίδιχα κεῖται θανών.

Σ. δ'.

---

tua, o Apollo, Garnea, convlviis celebramus Cyrenes in pulcre-exstructa urbe, quam incoluere [tum] ære-armati hospites Trojani Antenoridæ. Cum Helena enim venerunt, fumantem patriam postquam viderant

[*Epod.* 3.] in bello. Equestrem autem gentem [hanc] religiose excipiunt sacris incolæ adeuntes eos et munera afferentes, quos Aristoteles [Battus] adduxit, navibus velocibus maris profundam viam aperiens: condiditque lucos majores Deorum stravitque in Apollineæ salutaris-hominibus pompæ usum rectam planitiem, equis-perstrepentem Scyrotam viam; ubi in extrema parte fori seorsum jacet mortuus.

Hic accepta suis a patribus pio
Cultu, non sine sanguine
Et festis epulis concelebrant adhuc
Carnæa (1), Arcitenens, tua
Laudantes nitidis magnificam ædibus
Cyrenen, ubi bellicâ
Ferri luce micans Troïa sederat
Gens Antenoris (2). Huc enim,
Postquam fumifero vortice et ignibus
Mersum viderat Ilion,
Cælestem specie secum Helenam ferens
Lætanti appulit agmine.
Hanc gentem armisoni Martis equestribus
Insignem studiis colit
Solemni pecudum munere, et annui
Justis condecorat memor
Ritûs infernis Turba recens virûm,
Quam Battus sociam citis
Advexit ratibus velivolam arduum
Pandens per mare semitam;
Battus qui patulos Diis posuit prior
Lucos, templaque condidit,
Et Phœbi omnigenæ perniciem luis
Longe arcere valentibus
Pompis, et celeri cornipedum ungulæ
Planam constituit viam
Æquatâ rigidi scabritiê soli.

S 2 Nunc

(1) Festa in honorem Apollinis a Carno Jovis et Europæ filio instituta, quæ Ægidæ celebrabant, cum Heraclidæ Thebas venerunt, quæque postea Cyrenen translata sunt a posteris. Cum autem, ut sapienter animadvertit Heynius, nec in urbe Cyrenes degat Pindarus, nec cum Cyrenæis se confundere possit, corrupto loco mederi posse censeo doctam conjecturam Pauwii, qui pro σεβίζομεν σεβιζόμεν a σεβίζειν legit, ut ad Ægidas solum Cyrenen profectos, non ad Pindarum Carnæorum celebratio pertineat.

(2) Antenoridas, qui exciso Ilio una cum Helena profugi appulerant ad Libyam, ibique collem in littore occuparant, Batti coloni Heroas velut indigenas coluerunt in luco Antenoridis sacro.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα
Ἔναιεν· ἥρως δ' ἔπει-
τα λαοσεβής. ἄτερθε δὲ πρὸ δω-
μάτων ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν
Βασιλέες ἱεροὶ
Ἐντί. μεγάλαν δ' ἀρετὰν
Δρόσῳ μαλθακᾷ
Ῥανθεῖσαν ὕμνων θ' ὑποχεύ-
μασιν ἀκούοντί ποι
Χθονίᾳ φρενὶ, σφὸν ὄλβον υἱ-
ῷ τε κοινὰν χάριν
Ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ· τὸν ἐν ἀ-
οιδᾷ νέων πρέπει χρυ-
σάορα Φοῖβον ἀπύειν,

Α. δ'. Κ. ιδ'.

Ἔχοντα Πυθωνόθεν
Τὸ καλλίνικον λυτή-
ριον δαπανᾶν, μέλος χαρίεν. ἄν-
δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοί.
Λεγόμενον ἐρέω·
Κρέσσονα μὲν ἁλικίας
Νόον φέρβεται·

Γλῶσσάν

[*Str.* 4.] Beatus quidem ille inter homines habitabat, herosque postea populo cultus. Seorsum vero ante domos cæteri reges sacri sortiti sunt sepulcrum. Magnam vero virtutem, rore molli adspersam hymnorumque liquoribus, audiunt alicubi subterris-vivente animo, suam felicitatem, filioque commune decus justeque debitum Arcesilæ, quem in choro canentium juvenum decet aureo-ense-insignem Phœbum celebrare,

[*Ant.* 4.] cum habeat ex Pythone præmium victoriale impensarum, carmen venustum. Virum illum laudant prudentes. Vulgo-dictum dico. Præstantiorem ætate

men-

Nunc functus jacet ultimâ
    Ille in parte Fori, et seposito suos
Ostendit cineres loco.
    Vivorum fuerat qui in numero prius
Omni rege beatior,
    Divûm rite sacris a populo viget
Heros cultus honoribus,
    Reges dum reliqui funereum suam
Extra urbem tumulum tenent.
    Hi nunc magnanimis regna sub (1) infera
Terræ Manibus additi
    Gentilem Aonio nectare roscidam,
Hymnorumque liquoribus
    Virtutem cupidis auribus hauriunt,
Et nati decus, ut suum,
    Exsultante animo dulce agitant, licet
Justo nomine debitum
    Sit magno Arcesilæ, qui pius aurei
Ensis fulgure nobilem
    Idcirco juvenum cantibus inserit
Phœbum, quod modo Pythio
    E ludo dederit regificis decens
Impensis pretium, melos
    Argutâ Charitum compositum manu:
Laudant Arcesilam viri
    Præstantes sophiâ, vulgus et undique
Celsis laudibus adsonat.
    Ævo divitias mentis et eloquî
Majores alit Is suo,

Ausisque

(1) Reges audiunt in Inferis claram virtutem suam et decus Arcesilæ, quod in ipsos redundat, poetarum cantibus celebrari.

Γλῶσσάν τε θάρσος τε ταvύ-
πτερος ἐν ὄρνιξιν αἰ-
ετὸς ἔπλετο· ἀγωνίας
Δ', ἕρκος οἷον, σθένος.
Ἐν τε Μοίσαισι ποταvὸς ἀπὸ
Ματρὸς φίλας, πέφανταί
Θ' ἁρματηλάτας σοφός.

Ε. δ'. Κ. ιδ'.

Ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων κα-
λῶν ἔσοδοι, τετόλμα-
κε· Θεός τέ οἱ τὸ
Νῦν τε πρόφρων τελεῖ δύνασιν,
Καὶ τὸ λοιπὸν, ὦ Κρονίδαι Μάκαρες
Διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
Ἔχειν· μὴ φθινοπωρὶς ἀ-
νέμων χειμερία καταπνοὰ δα-
μαλίζοι χρόνον.
Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
Δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.
Εὔχομαί νιν Ὀλυμ-
πίᾳ τοῦτο δόμεν
Γέρας ἐπὶ Βάττου γένει.

ΠΙΝΔ.

---

mentem alit; linguaque animique virtute alas expandens inter volucres aquila est, in certaminibusque, muri instar robur [ipsi est;] interque Musas ales inde a matre cara; inventusque curruum agitator scitus.

[*Epod.* 4.] Et quotquot sunt indigenarum laudum viæ, aggressus est ille, numenque ei et nunc propitium perficit virtutem, [facit ut assequatur quod aggreditur,] et vero in posterum, o Saturnidæ Dii, detis, ut in factis consiliisque habeat [hoc idem], ne fructibus-exitialis ventorum hibernus flatus fœdet ævum. Jovis utique mens magnam gubernat fortunam virorum ipsi carorum. Precor eum Olympiæ hanc [similem huic Pythicæ] ut conferat victoriam in Batti genus.

Ausisque altivolis aerium supra
Fertur Rex avium gregem;
Stat ludi ancipitem murus ad impetum
Vinci robore nescius,
Natutâque sibi primitus inditum
A matre explicat aliger
Musis ingenium. Claret Is inciti
Currûs rector, et omnia,
Quot sunt indigenis splendida moribus
Passim, fervidus æmulo
Est ausus studio fortiter aggredi,
Et nunc munificâ Dei
A dextrâ impositum spectat ovans suæ
Virtuti cumulum. Date
Saturno geniti, Dii date posteris
Vires consiliis novas,
Factisque Arcesilæ; neu sinite ingruat
Olli noxia fructibus
Vis (1) infestæ hyemis, flamine quæ malo
Vitæ germina dissipet.
Carorum siquidem provida mens Jovis
Fortunam regit hic virûm.
Batti, oto, geneti sic bonus Is ferat
E Pisæ stadiis quoque
Victricem parili lumine gloriam:

(1) Ne fortuna scilicet adversa virtutem ejus in agendo et consulendo, ut tempestas, labefactet.

PYTHIÆ SEXTÆ

ARGUMENTUM.

Male inscriptus Xenocrati a Grammaticis hic hymnus est, cum Poeta Thrasybulum filium in hoc Victorem appellet celebretque nihil de patre memorans, nisi nomen ejus jussu filii a præcone pronuntiatum, ut Heynius recte animadvertit. Vicit autem Thrasybulus Pythiade vigesima quarta, et Olympiade septuagesima secunda quadrigis gloriam consecutus, quam Pindarus cum majoribus ejus, cum patre et patria de more communicat. Nihil magnificentius exordio, quo in persona chori, vel sua attentionem ab auditoribus petit, dum agrum Veneris et Gratiarum, amœnissimum scilicet ac jucundissimum Delphorum solum, suo carmine, quasi cultor, versare aggreditur ad Templum properans vastæ et circum strepentis umbilicum Terræ. Illic ipse Emmeniais, ex quibus genus ducit Thrasybulus, Acraganti fluvio et Xenocrati a se paratum esse ait propter Pythiam victoriam thesaurum hymnorum, qui in loco Apollinis inter alia donaria splendida illi Numini consecrata intra murum ita reconditur, ut neque imber hibernus e nubibus violenter erumpens, neque ventus omnia tundens raptansque secum diruere illum possit unquam, atque in profundi recessus maris detrusum undique convecta arena mersare. Hac ille ingeniosa novaque imagine suam poesim adumbrat nullo tempore nulloque casu perituram; et eximios immortali lumine ornaturam Victores. Exeunt igitur per illum ex thesauro fulgurantes hymni, et lætitiam vultu præportantes patri et generi nuntiant relatam in Crisæ vallibus a Thrasybulo victoriam, cujus ipse signum dextra manu in curru tenens inter chori voces et cantus pietatis in patrem memor illi adduxit. Impressum enim altius in ejus animo erat, quod Chiron alumno Achilli in Pelio monte præceperat, ut Deum primum, dein parentes justo obsequio coleret. Non defuit itaque hujuscemodi

modi

modi officio in patrem filius ita insignis virtute, ut illum Pindarus cum Antilocho compararit, qui patrem Nestorem Pyli regem cum Æthiope congressus Memnone sua morte a morte liberavit. Nam, quamvis Thrasybulus patri vitam minime dederit, credendum tamen est, ipsum non Xenocrati patri solum, sed Theroni etiam patruo grandia in periculis sui amoris documenta dedisse, quæ nos modo latent, et Pindaro ac Siculis eo tempore probe nota erant. Hinc vera et justa laus illa est, qua inter omnes suæ ætatis juvenes eminere maxime pietate dicitur Thrasybulus, ut aliis quoque, nec minus laude dignis præstat virtutibus. Admiranda certe prudentia est, qua juvenis ita regit divitias, ut non injuriæ et fastui inserviant, sed litteris ac sapientiæ, nec inanibus vacent ludis, sed equestri Neptuni palestræ; rara etiam morum suavitas et candida mentis indoles in eo est, ac sermo ipse, qui melle dulcior in conviviis cunctos allicit et oblectat. Talis est Xenocratis filius non tam victoria, quam animi dotibus coronatus.

εἶδος ϛ'.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

Ἅρματι.

Σ. ά. Κ. θ'.

Ἀκούσατ'· ἦ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας
Ἄρουραν ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν,
Ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονὸς
Ἐς ναὸν προσοιχόμενοι· Πυθιόνικος
Ἔνθ' ὀλβίοισιν Ἐμμενίδαις
Ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι καὶ μὰν Ξενοκράτει
Ἑτοῖμος ὕμνων
Θησαυρὸς ἐν πολυχρύσῳ
Ἀπολλωνίᾳ τετείχισται νάπᾳ·

Α. ά. Κ. θ'.

Τὸν οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν,
Ἐριβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλιχος,
Οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς
Ἄξοι, παμφόρῳ χεράδι, τυπτόμενον· φά-
ει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ,
Πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ

Λόγοισι

PYTHIA. VI.

[*Str.* 1.] Audite. Utique enim pætos-oculos-habentis Veneris arvum Charitumve aramus, [carmen paramus,] umbilicum horrisonæ terræ, templum, accedentes, de Pythica victoria ubi felicibus Emmenidis fluvialique Agrigento atque adeo Xenocrati paratus hymnorum [propter victorias Pythicas] thesaurus in divite Apollineo asservatur luco,

[*Ant.* 1.] quem neque hibernus imber cum impetu irruens, horrisonæ nubis exercitus immitis, neque ventus in recessus maris rapiat, convecto undique [a fluctibus] sabulo illisum; [quique] luce vultum in candida [h. e. vultus serenam lætitiam] patri

tuo,

PYTHIA.

XENOCRATI, vel potius THRASIBULO AGRIGENTINO.

CURRU.

ODE JAMBICA VI.

AUdite. Pætæ namque campum Cypridos
Et Gratiarum musico
Labore colimus, qua sonantis altius
Terræ umbilico tollitur
Sublime Templum, quaque clarus Pythii
Index triumphi divite
Apollinaris fulget in luci sinu
Repostus intra mœnia,
Felicibusque promptus Emmenidis adest,
Et Acragantis flumini,
Xenôcratique servat egregio novum
Thesaurus hymnorum decus.
Non nubis Ille pressus implacabili
Exercitu hybernum queat
Sterni per imbrem, nec rapaci turbinis
Adventu in imas trudier
Maris cavernas verberantis undique
Illisus æstu pulveris;
Sed luce vultûs candidâ ridens sui
Mortalibus pulcherrimam,
Thrasybûle, currûs nuntiabit gloriam,

 Quam

Λόγοισι θνατῶν
Εὔδοξον ἅρματι νίκαν
Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ.

Σ. β'. Κ. θ'.

Σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς, ὀρθὰν
Ἄγεις ἐφημοσύναν, τάν ποτ' ἐν οὔρεσι
Φαντὶ μεγαλοσθενεῖ Φιλύ-
ρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ Πηλεΐδᾳ παρ-
αινεῖν· μάλιστα μὲν Κρονίδαν,
Βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν,
Θεῶν σέβεσθαι·
Ταύτας δὲ μή ποτε τιμᾶς
Ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

Α. β'. Κ. θ'.

Ἐγένετο καὶ πρότερον Ἀντίλοχος βιατὰς
Νόημα τοῦτο φέρων, ὃς ὑπερέρθιτο
Πατρὸς, ἐναρίμβροτον ἀναμεί-
νας στράταρχον Αἰθιόπων Μέμνονα. Νεστό-
ρειον γὰρ ἵππος ἅρμ' ἐπέδα,
Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς· ὃ δ' ἔφεπε
Κραταιὸν ἔγχος.
Μεσσανίου δὲ γέροντος
Δονηθεῖσα φρὴν βόασε παῖδα ὅν.

Σ. γ'.

---

tuo, Thrasybule, communemque generi tuo, sermonibus mortalium inclitam, curulem victoriam Crisæis in vallibus annunciet.

(*Str.* 2.) Tu utique eam (victoriam) dextre manu tenens, rectum colis præceptum, quod olim in montibus ajunt Philyræ filium forti a parentibus semoto Pelidæ commendasse: ut præcipue quidem inter Deos Saturni filium gravisonum fulgurum fulminumque rectorem coleret; eodem vero etiam honore parentum vitam fatis-concessam nunquam privaret.

(*Ant.* 2.) Fuit et antea Antilochus fortis mente hac præditus, qui occubuit pro patre, homicidam quum sustinuisset ducem exercitus Æthiopum Memnonem. Nestoreum enim equus currum remorabatur Paridis a telis saucius; at ille [Memnon] immit-

Quam valle Cirrhæâ tibi,
Patrique caro condidisti, et indidem
Tuis in ævum posteris.
Victotiam (1) Ipse dexterâ tenens manu
Modestus astas, et pia
Præcepta honoras, quæ parentibus procul
Pelidæ alumno (2) in arduis
Divina Philyræ dicitur proles jugis
Recti dedisse consilî,
Deos ut inter maximo Saturnium
Honore adoraret Patrem
Cælo tonantem, fulgurumque et fulminum
Gravi fragore et ignibus
Regem tremendum, dein parentes, provido
Dum vita fato riserit
Merentibus concessa, nunquam pignore
Amoris orbaret sui.
Hac mente et olim præditum Antilochon ferunt
Pro patre ineluctabilem
Subîsse sortem, cum nigri ducem agminis
Cædes serentem Memnona
Vi sustineret. Quippe Nestorei leves
Axis motabatur rotas
Paridos cruentis saucius telis equus,
Hastæque robur Æthiops
Torquere jam parabat invictum suæ.
Messenius totis (3) Senex
Horret medullis, strenuumque vocibus
Inclamat altis filium;

Nec

(1) Signum victoriæ, quod juxta se habebat Thrasybulus in curru, ut Romæ triumphantes, ad patrem adduxit.

(2) Achilli apud Chironem Centaurum educato.

(3) Nestor Pyli Rex in Messene Peloponnesi regione.

Σ. γ'. Κ. ϑ'.

Χαμαιπετὲς δ' ἄρ ἔπος οὐκ ἀπέριψεν αὐτοῦ·
Μέμνων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν θανά-
τοιο κομιδὰν πατρός· ἐδό-
κησέ τε τῶν πάλαι γενεᾷ ὁπλοτέροισιν,
Ἔργον πελώριον τελέσαις,
Ὕπατος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἔμμεν πρὸς ἀρετάν.
Τὰ μὲν παρήκει.
Τῶν νῦν δὲ καὶ Θρασύβουλος
Πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα,

Α. γ'. Κ. ϑ'.

Πάτρῳ τ' ἐπερχόμενος ἀγλαΐαν ἔδειξεν·
Νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει, ἄδικον οὔθ' ὑπέρ-
οπλον ἥβαν δρέπων, σοφί-
αν δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων. Τίν τ', Ἐλέλιχθον,
Εὗρες θ' ὃς ἱππίαν ἔσοδον,
Μάλα ἁδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται.
Γλυκεῖα δὲ φρὴν
Καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν
Μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον.

ΠΙΝΔ.

---

immittebat validam hastam. Tum Messenii senis perculsa mens inclamavit filium suum.

[*Str.* 3.] Neque vero irritum verbum emisit. Sed stans [adversus hostem] divinus ille vir [Antilochus] redemit morte vitam patris, visusque est apud majores inter adolescentes, facinore ingenti perpetrato, summus esse pietate erga parentes. Atque hæc quidem præterierunt. Inter nostros vero etiam Thrasybulus patriam maxime ad regulam incedit,

[*Ant.* 3.] patruoque [proxime] accedens, decus [virtutis] exhibet: prudentiaque divitias regit, nec injustum nec insolentem juventæ florem decerpens, sed sapientiam in recessibus Pieridum. Ad te quoque, terræ quassator, qui equestrem incessum invenisti, valde probato [tibi] animo, Neptune, sese applicat. Dulcis vero ejus mens, etiam in conversando cum convivis, apum instar est cancellati operis.

Nec vanus aures perculit sonus pias.
    Congressus irruit fero
Cælestis heros, et suo dulcem patri
    Vitam redemit sanguine.
Hinc ille Grajos inter admirabilis
    Splendore facti est omnibus
Visus vetusti clariores temporis
    Vicisse amore liberos.
Sed illa virtus transiit. Nunc omnium,
    Quot sunt amores fervidi,
Amussitatâ caritatis indole,
    Motuque cordis in patrem
Thrasybulus omnes anteit. Quin (1) patruo
    In rebus astans asperis
Virtutis alte splendidum pignus dedit.
    Idem arte fortunæ bona
Prudens gubernat, nec superbos noxiæ
    Carpit juventæ flosculos,
At alma sophiæ dona Musarum sacris
    Degustat in recessibus.
Te porro, terræ qui patentis ambitum
    Undante quassas brachio,
Neptune, curis poscit et sociat suis,
    Equestris illum prælii
Cum dura in aciem provocant certamina.
    Tum mente et ore affabili
Amœnitatis spirat omnis gratiam,
    Mensisque dulcius jocans
Conviva vincit candidis reconditum
    Apum laborem (2) cellulis.

(1) Theroni patruo Thrasybulus in bello fortasse astitit.

(2) Eius indoles et convictus ita jocundus est, ut favos vincat dulcedine.

PYTHIÆ SEPTIMÆ

ARGUMENTUM.

Megacles Atheniensis ex illustri familia Alcmaeonidarum, qui ab Alcmaeone ultimo Athenarum Arconte duxere genus, Pythiade vigesima octava, et Olympiade septuagesima sexta Victor quadrigis renunciatus est. Nobilissimum inde exordium laudis ab amplitudine Atticæ urbis, quæ multis in unum a Theseo collectis vicis superbit, a poeta capitur. Laus enim patriæ novum addit Victori decus, eoque majus, quo clarior ipsa patria est. Claritudini vero patriæ additur eminens virtute ac factis Alcmaoniæ Tribus gloria, quæ per omnes Greciæ urbes jam fama volat, quod incensum Delphis Templum a Pisistratidis suo olim sumptu Apollini, debellata tyrannide, instaurarit, et plures retulerit in ludis victorias, quæ majoribus et posteris coronarunt crines. Verum Pythia recens, strenue a Megacle reportata poetam in primis afficit, quamvis illum lætari plenius de successu prospero vetet. Nam invidia, quæ præclara obsturare tentat facinora, conceptam turbat lætitiam. Solatur tamen Victorem Pindarus vulgari sententia illa: nihil esse ab omni parte beatum, *ita humanæ ferente conditione naturæ, ut florenti etiam felicitati semper mali aliquid sit admixtum. Quid autem adversi eo tempore, quo vicit Megacles, vel quo compositus hic hymnus est, acciderit fortunato viro nos plane latet, nec quicquam mors amici Hippocratis ab Aristarcho interprete indicata ad invidiam spectat, de qua poeta conqueritur.*

εἶδος ζ.

ΜΕΓΑΚΛΕΙ ΑΘΗΝΑΙΩ

Τεθρίππῳ.

Σ. Κ. ζ.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι
Προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν
Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ, κρηπῖδ' ἀοιδᾶν
Ἵπποισι βαλέσθαι. ἐπεὶ
Τίνα πάτραν, τίνα τ' οἶκον
Ναίοντ' ὀνυμάξομαι
Ἐπιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέσθαι;

Α. Κ. ζ.

Πάσαισι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ
Ἐρεχθέος ἀστῶν, Ἀπόλ-
λων, οἳ τεὸν γε δόμον Πυθῶνι δίᾳ
Θαητὸν ἔτευξαν. ἄγον-
τι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ
Νῖκαι· μία δ' ἐκπρεπὴς
Διὸς Ὀλυμπίας· δύο δ' ἀπὸ Κίῤῥας,

E. K.

PYTHIA. VII.

[*Str.* 1.] Pulcherrimum magna urbs Athenæ proœmium, quo Alcmæonidarum latepotenti stirpi fundamentum carminum in quadrigarum victoriam jaciatur. Siquidem quamnam tribum, quamque familiam habitantem in Græcia prædicem fama illustriorem?

[*Ant.* 1.] In omnibus enim civitatibus fama versatur Erechthei civium, Alcmæonidarum, qui tuam, o Apollo, ædem in Pythone divina admirandam exstruxerunt. Impellunt vero etiam me ad canendum quinque in Isthmo victoriæ, unaque præcellens Jovis apud Olympiam, duæque e Cirrha,

P Y T H I A.

MEGACLI ATHENIENSI.

QUADRIGIS.

ODE ALCAICA. VII.

SUnt grande laudis principium mihi
Ter magnæ Athenæ, quo generi inclyto
Alcmæonis, clarisque cursu
Surgat equis nova forma cantûs.
Ecquam Pelasgis in populis tribum,
Domumque dicam fulgere patriæ
Illustriorem? Fama cives
Novit Erichtonios (1), volatque
Celsi per urbes nuntia nominis
Magnique Templi (2), quod tibi Delphicis,
Apollo, in oris restitutum
Regifico posuere sumptu.
At quinque ab Isthmo mî simul occupant
Mentem coronæ, raptat Olympii
Summa una patris, binæ et illæ,
Quæ tibi magnanimos, Megacles,

 Tuisque

(1) Ericthonii cives Athenienses sunt, quia eorum princeps fuit Erectheus.

(2) Templum Delphicum a Pisistratidis incensum Alcmæonidæ instaurarunt Apollini.

E. K. Θ'.

Ω̃ Μεγάκλεες, ὔ-
μαὶ τε καὶ προγόνων.
Νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ
Χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι,
Φθόνον ἀμειβόμενον
Τὰ καλὰ ἔργα. φαντί γε μάν,
Οὕτω κεν ἀνδρὶ πὰρ μονίμαν
Θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
Τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι.

[*Epod.* I.] vestræ, o Megacles, et progenitorum. Nupero autem successu felici gaudeo aliquantum; id vero doleo, invidiam excipere præclara facinora. Ajunt utique, sic homini, in stabili etiam florenteque felicitate, quandam tamen rerum vicissitudinem accidere solere.

Tuisque Cirrhæ (1) in pulvere patribus
Cinxere crines. Has ego gestiens,
Lætusque contemplor. Sed unum
Hoc doleo, quod iniquus actis
Livor rependat nobilibus mala.
Sic est: remiscet tristia prosperis
Sors illa, quæ in terris beato
Flore nitens stabilisque fertur.

PYTHIÆ

(1) Cirrha est Phocidis oppidum ad radices montis Parnassi, quod indicat Delphos, ubi Pythia celebrabantur.

PYTHIÆ OCTAVÆ

ARGUMENTUM.

Confecto bello Persico et extincto, totaque Græcia ab imminente servitute liberata, Quietem Deam tranquillitatis publicæ matrem Poeta invocat, ut Aristomeni Æginetæ Xenarcis filio, qui Pythiade trigesima quinta, et Olympiade octogesima tertia lucta inter pueros vicit, consecratum hymnum benevola mente excipiat. Ut autem Deæ gratiam et favorem sibi, et pacis amantissimo Victori conciliet egregia merita contemplatus in ejus laudes magnifice excurrit. Justitiæ filia illa est, quia vigente justitia, secura in urbibus regnat pax; amplificat illa urbes, quia concordia res parvæ crescunt; consiliorum bellorumque gerit claves, quia compositis animis recta consilia suggerit, et bella vel procul arcet instantia, vel jam commota compescit; æqua facit opportuno tempore, eademque ab aliis exposcit; coercet seditiosos, et insolentibus adversatur. Hinc ille, qui suo magno cum malo Deam lacessivit Porphyrion oppugnans cælum, a Jove percussus fulmine violentiæ et injuriæ suæ pœnas dedit. Typhœus vero, et Gigantum Rex Alcyoneus, vel Ephialtes sagittis Apollinis periere transfixi. Nam, ut utile lucrum est, quod a volente accipitur, ita illud, quod per vim extorquetur, noxium est, et ad perniciem deducit. Celebratis Deæ dotibus, statim, ut par est, procedit Pindarus ad Xenarcis filium, cui Apollo benignus ita favit, ut apud Delphos Parnassia lauro coronarit victorem, et a popularibus Æginetis Doricæ stirpis solemniter ducta pompa ad suum Templum ingredientem exceperit. Illius enim civis est insulæ, quæ justitiæ cultrix nunquam hactenus benevolentia Charitum excidit, sed inclytas majorum suorum æmulata virtutes jam inde ab initio perfectam gloriam obtinet, quod Heroas in certaminibus et prœliis præstantissimos educarit, Ajacem nimirum et Teucrum Telamonis filios,

filios, et Pelei filium Achillem Æaci Regis nepotes. Omnia hic Æginæ facta, quæ amplissima sunt, longo carmine persequi poeta posset, sed ne audientibus fastidium creet, et a proposito suo discedat, quo canere Aristomenem debet, ad illustranda pueri Victoris decora se convertit. Suos enim Aristomenes imitatus est avunculos in luctis nil minor Theogneto et Clytomacho audacia animi, et membrorum robore, suaque tribui Midylidarum novum addens lumen laudem illam gloriosam meruit, quam Amphiaraus futuri præscius septem Ducum filiis secundum bellum Thebano populo inferentibus pugnantes videns pronunciavit: generosus Patrum animus in virtute filiorum lucet. *Alcmæoni scilicet Amphiarai filio, et Adrasto Talai fortissimæ soboli quam simillimus Aristomenes est. Lætatur ideo Poeta ipse utrumque veneratus Heroem, sed Alcmæonem, sive Alcmanem præcipue, cujus Sacellum Thebis in ædium suarum vicinia habuisse videtur, ut Cl. Heynius cum Pauwio existimat. Hunc igitur, quia sibi Delphos profecto ad consulendum oraculum obvius astitit in via, et responsum a Deo acceptum paterna arte, nempe somnio de re, quam nos ignoramus, firmavit, continere se non potest, quin corollis ornet, aspergatque Semideum sui rore carminis. Sed pietatis officio functus ad Aristomenem redit, ejusque Pythiam victoriam et domesticam in Delphiniis pancratio partam favente et adjuvante Apolline contigisse affirmat. Huic proinde largitori hymnum offerens supplicat, ut animo propitio aspiciat ea, quæ laudibus celebrat nui consona veritati. Deos etiam orat omnes, ut Xenarcis fortunæ perpetuam curam gerant, cum omnia bona iis ille debeat. Falso siquidem multi fortunæ munera, quæ quis sine magna ærumna consecutus est, prudentiæ ejus adscribunt. Deus enim unus bonum omnium auctor est. Ille Aristomenem Megaris in certamine Diocleo, Marathone in Herculeo, et in patrio sacroque Junoni ludo Victorem fecit, et Delphis ὑψόθεν quatuor ipsi luctatores cum ignominia dejectos prostravit humi. Magna enimvero felicitas, et divitiis, quas liberaliter ad certamen athleta impenderat, præstantior omnibus. Sed omnis in terris ut brevi crescit felicitas, sic brevi concussa fato dilabitur, ne læto nimium*

nimium successu gaudeant mortales, quasi perpetuo futuri felices. Sunt enim homines unius diei et umbra somnia. Verum fragilem potest Juppiter hominibus stabilire vitam, eamque jucundam reddere. Claudit hymnum Pindarus Ægina nymphæ, Jovi, Æaco, Peleo, Telamoni et Achilli commendans urbem, ut illam suo simul omnes patrocinio foveant, et strenuo populo integram semper servent ac protegant libertatem.

εἶδος η'.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗ

Παλαιστῇ.

Σ. ά. Κ. Θ'.

Φιλόφρον Ἡσυχία, Δίκας
Ὦ μεγιστόπολι
Θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέμων
Ἔχοισα κλαΐδας
Ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
Τιμὰν Ἀριστομένει
Δέκευ. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
Τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι
Καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ·

Α. ά. Κ. Θ'.

Τὺ δ' ὁπόταν τις ἀμείλιχον
Καρδίᾳ κότον ἐν-
ελάσῃ, τραχεῖα δυσμενέων
Ὑπαντιάζαισα
Κράτει τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ.
Τὰν οὐδὲ Πορφυρίων
Μάθεν, παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων.

Κέρδος

PYTHIA. VIII.

[*Str.* 1.] Blanda Tranquillitas, Justitiæ o urbes-peramplificans filia, consiliorumque et bellorum tenens claves supremas, Pythicæ victoriæ decus Aristomenis accipe. Tu enim molliter agereque et affici pariter nosti tempore opportuno.

[*Ant.* 1.] Tu vero etiam, quando quis immitem cordi iram immiserit, aspera hostium occurrens robori, ponis insolentiam in fundo maris. [h. e. submergis, opprimis.] Quam [h. te] neque Porphyrio habuit præter fas offendens. Lucrum id

qui-

P Y T H I A.

ARISTOMENI ÆGINETÆ.

LUCTATORI.

ODE ARCHILOCHIA. VIII.

ALma Quies Themidis proles, Dea magna, benigno
    Quæ regis ingenio
Amplificasque beasque urbes, otîque supremas
    Ancipitisque geris
Consilians belli claves, læto accipe vultu
    Carmen Aristomenis
Virtuti sacrum eximiæ, quâ Pythia magnus
    Præmia Victor habet.
Nam facere Ipsa æquê, moderataque tempore justo
    Omnia ferre soles;
Cumque suo immitem quis corde exsuscitat iram,
    Spirat et ore minas,
Aspra hosti occurris, violentaque cæpta profundo
    Gurgite mergis aquæ.
Haud te Porphyrion novit (1), cum surgere iniquo
    In sua damna animo

 Te

(1) Quia tranquillum turbavit Deorum statum oppugnando cœlum inter Gigantes.

Κέρδος δὲ φίλτατον γ᾽, ἑκόντος εἴ
Τις ἐκ δόμων φέροι·

E. ά. K. ιά.

Βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφα-
λεν ἐν χρόνῳ. Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρα-
νος οὔ μιν ἄλυξεν,
Οὐδὲ μὰν βασιλεὺς γιγάντων.
Δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ,
Τόξοισί τ᾽ Ἀπόλλω-
νος. ὃς εὐμενεῖ νόῳ
Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίῤ-
ῥαθεν ἐστεφανωμένον
Υἱὸν ποίᾳ Παρνασσίᾳ
Δωριεῖ τε κώμῳ.

Σ. β΄. K. θ΄.

Ἔπεσε δ᾽ οὐ Χαρίτων ἑκὰς
Ἀ δικαιόπολις,
Ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν
Θίγοισα, νᾶσος· τε-
λέαν δ᾽ ἔχει δόξαν ἀπ᾽ ἀρχᾶς.
Πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀεί-
δεται νικαφόροις ἐν ἀέθλοις
Θρέψαισα καὶ θοαῖς ὑπερτάτους
Ἥρωας ἐν μάχαις.

A. β΄.

---

quidem gratissimum est, quod quis volentis ex ædibus auferat;

[*Epod.* 1.] vis [major] vero etiam magna-jactantem labefactare solet tandem. Typhos Cilix centiceps eam non effugit, neque adeo rex Gigantum; sed domiti sunt fulmine sagittisque Apollinis; Qui benevola mente Xenarcis filium excepit e Cirrha coronatum herba Parnassia [lauro] Doricoque hymno.

[*Str.* 2.] Neque vero Gratiis excidit [sine decoribus et laudibus est] justas-civitates-habens, virtutibus inclitis Æacidarum incendens [civium animos] insula; sed perfectam habet gloriam jam inde ab initio. Multa quippe celebratur victricia ad certamina educasse, acresque excellentissimos heroas ad pugnas;

Te contra est ausus. Lucrum (1) prædulce, volentis
    Quod venit e domini
Ablatum tectis; sed vis divina vel illum,
    Grandia qui tumido
Jactabat fastu minitans, congressa procacem
    Denique stravit humi.
Non illam centenâ horrens cervice Typhœus
    Exiit ipse Cilix,
Non Rex (2) Terrigenûm; sed fulminis unus ab igne
    Occidit, et domitus
Phœbi alter jaculis, modo qui Parnaside lauru,
    Atque superbifico
Doti flore hymni donatum excepit amicâ
    Mente Xenarciadem
Obvius astanti e Cirrhâ, magnamque ferenti
    Ore, oculisque animam.
Haud unquam Charitum defecit et excidit almo
    Orba patrocinio
Insula fida æqui custos atque æmula cultrix
    Magnanimûm Æacidûm,
Quorum longinquâ deductum ab origine servat
    Perpetuatque decus.
Fertur enim Heroum sacris fortissima ludis
    Belligerâque acie

Corda

(1) Prosunt lucra, quæ a volente obtinentur, exitiosa autem sunt, quæ auferuntur per vim, ut allata probant exempla.

(2) Alcyoneus, vel Ephialtes.

Α. β'. Κ. θ'.

Τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέπει.
Εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ-
ναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν
Λύρᾳ τε καὶ φθέγμα-
τι μαλθακῷ, μὴ κόρος ἐλθὼν
Κνίσῃ. τὸ δ' ἐν ποσί μοι
Ἴτω τρέχον τεὸν χρέος, ὦ παῖ,
Νεώτατον καλῶν, ἐμᾷ ποτα-
νὸν ἀμφὶ μαχανᾷ.

Ε. β'. Κ. ια'.

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων μα-
τραδελφεούς, Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνη-
τον οὐ κατελέγχεις,
Οὐδὲ Κλυτομάχοιο νίκαν
Ἰσθμοῖ θρασύγυιον.
Αὔξων δὲ πάτραν Μι-
δυλιδᾶν λόγον φέρεις
Τὸν, ὅν πέρ ποτε Οἴκλέος
Παῖς ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν
Υἱοὺς Θήβαις ἠνίξατο
Παρμένοντας αἰχμᾷ,

Σ. γ'. Κ. θ'.

Ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἤλυθον

Δευ-

[*Ant.* 2.] quo nomine etiam inter homines conspicua est. Mihi vero non vacat tradere omnem [hanc laudum] prolixitatem lyræque et cantui molli, ne fastidium superveniens molestum sit. Quod vero ante pedes mihi est præclarorum facinorum recentissimum debitum tuum, o puer, procedat currens, mea arte volans.

[*Epod.* 2.] Lucta enim avunculorum vestigiis insistens, neque Olympiæ victorem Theognetum dedecoras, neque Clytomachi victoriam in Isthmo membris-robustis-reportatam. Augens vero gloriam tribus Midylidarum, laudem reportas illam, quam olim Oeclei filius [Amphiaraus] subindicavit prævidens ad septiportes Thebas filios constanter urgentes bellum,

Corda suo fôvisse sinu. Volat inde Pelasgos
    Inclyta per populos.
Non vacat hic citharæ, neque tradere mollibus omnem
    Cantibus Ænopiæ
Factorum seriem, ne laus fastidia longo
    Gignat agatque sono.
Ante pedes tua quæ fulget, divina recensque
    Gloria, magne puer,
Procedat vati, celeresque volatilis alas
    Sumat ab arte (1) meâ,
Virtutique tuæ justum loca cuncta peragrans
    Persolüat pretium.
Nam luctatorum cognata exempla secutus
    Non piger ipse tui
Pisæa indecoras Theognêti serta, nec altum
    Clytomachi Isthmiaco
In campo robur; veterem sed plenius auctâ
    Midylidûm (2) radias
Luce Tribum, dictumque probas virtute, quod olim
    Protulit Argolicæ
Ductorum soboli Oeclîdes (3), cum præscius illam
    Intrepidam adspiceret
Ad septem portas, Thebanaque mœnia forti
    Bella iterare manu.

„ Naturâ

(1) A poetica nimirum arte, qua Pindarus valet.

(2) Midylidarum nobilissima Tribus erat in Ægina ab auctore suo Midylo dicta, unde genus Aristomenes habet.

(3) Amphiaraus Oeclei filius.

Δευτέραν ὁδὸν Ἐ-
πίγονοι. ὧδ' εἶπε. μαρναμένων
Φυᾷ, τὸ γενναῖον
Ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παι-
σὶν λῆμα. θαέομαι
Σαφὲς δράκοντα ποικίλον αἰθᾶς
Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος νωμῶντα, πρῶ-
τον ἐν Κάδμου πύλαις.

Α. γ'. Κ. θ'.

Ὁ δὲ καμὼν προτέρᾳ πάθᾳ,
Νῦν ἀρείονος ἐν-
έχεται ὄρνιχος ἀγγελίᾳ
Ἄδραστος ἥρως. τὸ
Δὲ οἴκοθεν ἀντία πράξει.
Μοῦνος γὰρ ἐκ Δαναῶν
Στρατοῦ, θανόντος ὀστέα λέξαις
Υἱοῦ, τύχᾳ Θεῶν ἀφίξεται
Λαῷ σὺν ἀβλαβεῖ,

Ε. γ'. Κ. ιά.

Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς.
Τοιαῦτα μὲν δ' ἐφθέγξατ' Ἀμφιάρηος.
Χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς
Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω,
Ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ.

Γείτων

[*Str.* 3.] quum Argis iterum [ad oppugnandas Thebas] venissent Epigoni. Sic autem dixit: in pugnando natura generosus excellit patrum in filiis animus. Intueor aperte Alcmanem draconem varium corusco in clypeo versantem, [clypeum maculoso dracone insignem] primum [inter primos pugnantem] ad Cadmi portas.

[*Ant.* 3.] At, afflictus priori clade, nunc [in Epigonorum bello] faustioris detinetur augurii nuncio Adrastus heros: etsi domestica adversa fortuna utetur. Solus enim e Danaorum exercitu, interfecti ossibus collectis filii, [Ægialei,] numine Deorum redibit exercitu cum incolumi

[*Epod.* 3.] ad Abantis spatiosos vicos, [Argos.] Talia quidem edixit Amphiaraus. Læta-

„ Naturâ in natis per pugnas eminet, inquit,
„ Vis generosa patrum.
Alcmânem (1) video flammante agitare draconem
Cæruleum in clypeo,
Et primum in Cadmi muros irrumpere, et ense
Sternere cuncta suo.
Adrastum porro, quem clade cruentus acerbâ
Presserat ante dolor,
Eriget augurium mage felix, sit licet atro
Funere tacta domus.
Solus enim e Danais cæsi cum tristia (2) nati
Legerit ossa pater,
Vi Superum referet salvo cum milite (3) Abantis
In loca vasta pedem.
Sic fatus vates. At lætus et ipse merentem
Floribus et riguis
Alcmânem numeris spargo, quod sede sacelli
Ædibus ille meis

 Vicinâ

(1) Alcmanem poetice pro Alcmæonem, qui Amphiarai filius erat.
(2) Ægialei Adrasti filii, qui solus in prælio occidet juxta auguris vaticinium.
(3) Argos redibit, ubi regiam tenebat sedem Abas Lyncei filius, et Talai pater, ex quo genitus est Adrastus.

Γείτων ὅτι μοι, καὶ
Κτεάνων φύλαξ ἐμῶν,
Ὑπαντίασ' ἰόντι γᾶς
Ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον,
Μαντευμάτων τε ἐφάψατο
Συγγόνοισι τέχναις.

Σ. δ'. Κ. θ'.

Τὺ δ', ἑκαταβόλε, πάνδοκον
Ναὸν εὐκλέα δι-
  ανέμων Πυθῶνος ἐν γυάλοις,
Τὸ μὲν μέγιστον τό-
  θι χαρμάτων ὤπασας· οἴκοι
Δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν
Δόσιν πενταεθλίου σὺν ἑορταῖς
Ὑμαῖς ἐπάγαγες, ἄναξ. ἑκόν-
  τι δ' εὔχομαι νόῳ

Α. δ'. Κ. θ'.

Κατά τιν' ἁρμονίαν βλέπειν
Ἀμφ' ἕκαστον ὅσα
Νέομαι. κώμῳ μὲν ἁδυμελεῖ
Δίκα παρέστακε.
Θεῶν δὲ ὄπιν ἄφθιτον αἰτέω,
Ξέναρκες, ὑμετέραις
Τύχαις. εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπαται

Μὴ

Lætatus vero et ipse Alcmanem coronis peto aspergoque hymno; vicinus siquidem et possessionum mearum custos obvius est factus eunti mihi ad terræ umbilicum celeberrimum, vaticiniaque attigit [vaticinatus mihi est] congenita arte.

[*Str.* 4.] Tu vero, longe jaculans, qui omnes-recipiens-templum celebre gubernas Pythonis in vallibus, maximam quidem ibi victoriarum præbuisti; domi vero antea avide-apprehensam quinquertii victoriam cum festis tuis adduxisti, o rex. Propitio autem, precor, animo

[*Ant.* 4.] adspicias singula quæ carmine tractem. Hymno quidem dulcisono Veritas adstat. Deorum autem curam immortalem exposco, o Xenarces, vestræ fortunæ. Si

Vicinâ colitur (1) rerum tutela mearum,
In mediâque viâ
Astitit occurrens Delphos (2) mihi nuper eunti,
Faustaque rite dedit
Cognatæ responsa artis. Tu porro, corusco
Qui cita tela jacis
Eminus ex arcu, Pythûsque in vallibus amplum
Innumeris reseras
Hospitibus templum, fortem super omnia dulci
Munere lætitiæ,
Rex, tibi Aristomenem mûlsti, victricia postquam
Serta domi dederas
In festis quæ justa tuis sibi quinque per artes
Fervidus arripuit.
Ah: fausto aspicias animo, precor, omnia, certis
Quæ memoranda lyræ
Percurro numeris, quoniam mi candida veri
Lumine blandiloquos
Justitia illustrat cantus. Sic usque Deorum
Cura, Xenarciadê,
Fortunæ assideat vestræ. Nam, qui bona parvo
Parta labore tenet,

 Stulto

(1) Habuisse videtur poeta Thebis Alcmæonis herois et Amphiarai sacellum prope sedes suas.

(2) Heynius et Pauwius de Pindaro, non de victore, de Alcmæone, non de Amphiarao hic agi contendunt. Poeta enim Delphos profectus ad consulendum Deum per augurium, aut per somnum ab Heroe monitus fuit.

Μὴ ξὺν μακρῷ πόνῳ, πολλοῖς σοφὸς
Δοκεῖ πεδαφρόνων

E. δ'. K. ιά.

Βίον κορυσσέμεν ὀρθοβούλοι-
σι μαχαναῖς. τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται·
Δαίμων δὲ παρίσχει.
Ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων,
Ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
Μέτρῳ καταβαίνει.
Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας,
Μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος, Ἥ-
ρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον
Νίκαις τρισσαῖς, Ἀριστόμε-
νες, δάμασσας ἔργῳ.

Σ. έ. K. θ'.

Τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν
Σωμάτεσσι, κακὰ
Φρονέων· τοῖς οὔτε νόστος ὁμῶς
Ἔπαλπνος ἐν Πυθι-
άδι κρίθη, οὐδὲ μολόντων
Πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως
Γλυκὺς ὦρσεν χάριν· κατὰ λαύρας

Δ'

Si quis enim bona consequitur non cum magno labore, multis quidem imperitiorum videtur sapiens ille

[*Epod.* 4. opes amplificare consiliorum prudentia. Enimvero non hæc penes homines sunt, sed Deus præbet, alias alium sursum attollens, alium subter manuum libramentum deprimit. Tu vero, et Megaris reportasti victoriam recessuque in Marathonis, Junonisque in certamine patrio victoriis triplicibus, o Aristomenes, vicisti fortitudine;

[*Str.* 5.] quatuorque irruisti desuper in corpora, mala meditans; quibus neque reditus pariter jucundus apud Pythiadem redditus est, neque reversis apud matrem risus dulcis excitavit gaudium; sed per angiportus adversariis obnoxii trepidant, calamitate sauciati.

Stulto ille est vulgo sapiens, solersque suarum
    Dicitur auctor opum.
At non hæc homini data copia. Providus æquo
    Temperat arbitrio
Cuncta Deus, sursumque alios e pulvere tollit,
    Cum libet, atque alios
Affligit pressatque manu. Megarëius inde
    Victor, (1) Aristomenes,
Et Marathône volas clarus, triplicemque coronam
    E patriæ stadio
Junoni ostendis. Tu quattuor (2) aspra palæstræ
    Corpora terribili
Desuper illapsu stravisti millibus instans
    Addere damna modis.
Turpi ignominiâ tectis non Pythia dulcem
    Lex tribuit reditum,
Gaudia nec risu matres jucunda reversis
    Explicuere suo.

Per

(1) Megaris Dioclea, Marathone Herculea, Junonia in Ægina strenue vicit.

(2) In Pythiis quatuor Antagonistæ Aristomeni succubuere.

Δ' ἐχθρῶν ἀπάοροι πτώσσοντι, συμ-
  φορᾷ δεδαϊγμένοι.

A. ί. K. θ.

Ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν,
Ἀβρότατος ἐπὶ
Μεγάλας ἐξ ἐλπίδος πέταται
Ὑποπτέροις ἀνο-
  ρέαις, ἔχων κρέσσονα πλούτου
Μέριμναν. ἐν δ' ὀλίγῳ
Βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται· οὕτω
Δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαὶ, ἀποτρόπῳ
Γνώμᾳ σεσεισμένον.

E. ί. K. ιά.

Ἐπάμεροι. τί δέ τις; τί δ' οὔ τις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. ἀλλ' ὅταν αἴγλα
Διόσδοτος ἔλθῃ,
Λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀνδρῶν
Καὶ μείλιχος αἰών.
Αἴγινα, φίλα μᾶ-
  τερ, ἐλευθέρῳ στόλῳ
Πόλιν τάνδε κόμιζε, Διὶ
Καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ
Πηλεῖ τε κἀγαθῷ Τελα-
  μῶνι σύν τ' Ἀχιλλεῖ.

ΠΙΝΔ.

[*Ant.* 5.] Qui vero decus aliquod recens nactus est, magnam ob felicitatem [quæ] ex voto [obtigit,] evolat alata virtute, habens præstantiorem fructum divitiarum. Brevi vero mortalium felicitas crescit; sic vero etiam procidit humi infesto decreto [fato] quassata.

[*Epod.* 5.] Diei unius [nos.] Quidnam est quis? quid non est quis? Umbræ somnium homines. Cum tamen splendor a-Jove-datus venerit, fulgens adest lumen hominum et suavis vita. O Ægina, cara mater, libero populo civitatem hancce cura, cum Jove et rege Æaco, Peleoque et præstantissimo Telamone cumque Achille.

Per vicos vitant hostes, trepidisque revolvunt
Vulnus adhuc animis.
Sed cui sorte novum decus obtigit, ille beati
Possidet ambrosias
Voti delicias, virtutis et alite pennâ
Tollitur altus humo,
Ex opibus fructum carpens, quo nullus in orbe
Gratior esse queat.
Sors felix tamen, exiguo quæ tempore surgit,
Quassa repente gravi
Procumbit fato. Solem nos vivimus unum.
Quid modo magnus homo?
Quid, subito qui nullus erit? Mutabilis umbræ
Somnia sunt homines.
Ast illis, quando e superâ lux mittitur arce,
Splendida tota nitet,
Sparsaque divinâ dulcedine labitur ætas.
Cara potensque parens,
Ægina (1), hanc urbem curâ, tecumque tuorum
Libera corda virûm
Juppiter æternûm servet, rexque Æacus unâ,
Indomitique duces
Pêleûs et Telamon, et magni flebile Achilles
Hectoris exitium.

(1) Nympha, vel Dea Æginæ Insulæ præses et custos, ex opinione veterum, qui locis omnibus numen aliquod assignabant.

PYTHIÆ NONÆ

ARGUMENTUM.

Cum mos apud Graecos esset, ut non Victores tantum, sed Victorum quoque urbes honore afficerentur, recte Pindarus Telesicratis Cyrenai, qui Pythiade vigesima octava, et septuagesima sexta Olympiade armato cursu proclamatus est Victor, insignem laudem cum laude patriæ conjungit, quæ Victori contigit nobilissima. Nomen enim habet et gloriam a Cyrene nympha Hypsei filia venatrice, quam Apollo amore captus in monte Pelio rapuit, sibique connubio junctam in Libyam transtulit aureo curru, ut tertiam orbis partem ibi maxima possideret Regina. Hujus igitur nymphæ faventibus Gratiis historiam totam ita affabre pingit, ut ejus stirpem, educationem, mores et virilem fortitudinem quasi in speculo contemplantibus sistat. Oceanus Peneum, Peneus Hypseum ex Creusa, et Hypseus Lapitharum Rex Cyrenen gennit. Hæc apud patrem studiose ac liberaliter educata non texendi telas, non convivia inter socias agitandi, non muliebria opera exercendi studio tenebatur; verum tota in venatione occupata jaculis et venabulo feras bestias oppugnabat et conficiebat, ut intrepida et secura undique paterna pascerentur armenta, totamque per noctem indicto feris exitio sub auroram solummodo brevi dulcique somno indulgebat. Hanc Phœbus cum aliquando solam sine armis luctantem cum robusto leone vidisset, Chironem Philyridem evocavit ex antro, ut animum et robur imperterritæ spectaret secum et miraretur feminæ. Ardentem deinde amorem suum erga Virginem illi aperit, rogatque multa, ut amantes solent, se nescire simulans quæ plane noverat divina mente. Respondet singulis blande subridens Centaurus, curque venerit in Pelii montis vallem intelligens vaticinari et ipse audet, prædicitque deductionem nymphæ in eximium Jovis hortum, ubi Libya in aureas ædes eam excipiet astante

Venere descendenti e curru, et optatas parante nuptias. Ibi illa filium pariet, quem Mercurius tradet Horis et Telluri educandum, instillato labris nectare et ambrosia. Immortalis ut Juppiter erit et appellabitur Aristaeus. Audito Chironis vaticinio, profectus est statim cum Cyrene Apollo, et in Libyae thalamo sociale foedus iniit. Illic ipse jam tum pulcherrimam et inclytam certaminibus una cum Sponsa tutatur urbem, quam nunc Carneadae filius Telesicrates apud Delphos renunciari jubens florentissimae fortunae admovit pulcris insigni feminis patriae novo lumine inducto. Hic Pindarus longae suae digressioni patrocinari velle videtur, quod in copiosa materia, quam grandia facta suppeditant, ipse tamen certo artificio ac solertia brevis fuerit. Grata enim sapientibus oratio est, quae multa paucis concinne comprehendit et opportune, cum in omni re primum locum obtineat, et praestantissima opportunitas sit. Laudare Telesicratem initio statim poeta voluit, sed patriae ejus nobilitate captus Victorem deseruit, dum totam fabulam enarraret. Redit inde rursus ad ipsum, et ad Pythiae splendorem victoriae; sed novo stimulatus oestro ad Jolaum, Herculem et Iphiclem celebrandum descendit, suo tempore Cyrenaeum post paullo eum majoribus ejus cantaturus Heroem. Quanti autem sit opportunum tempus arripere, exemplo Jolai docet. Hinc ad avum ejus Amphitryonem digressus non potest ille gemellos pueros, quos ipsi, et Jovi simul peperit Alcmena, tacita lyra praeterire, et indigetum oblivisci Heroum, quibus omnia laeta, quae sibi obveniunt, accepta se referre debere sentit. Verum subito grati animi officium rumpens Gratiarum lumen exposcit, quo plenum et integrum Athleta praeconium tandem exerat. Nam Telesicrates non Pythiam solum victoriam, sed plures etiam alias obtinuit, Æginae unam, et tres Megaris ad sepulcrum Nisi eo successu, ut taciturnum effugerit dedecus, et amicos aeque ac inimicos laudatores habuerit. In certaminibus praeterea Palladi sacris, in Olympiis, et iis, quae in Terrae honorem agebantur Athenis, gloriosus exstitit desiderantibus eum sibi puellis sponsum, et matribus filium. Cum autem ab Alexidemo Regis Antaei genero Telesicrates ducat originem, viri ejus historiam victori

valde

valde honorificam Pindarus refert. Ea porro est bujusmodi. Antæus Antæo posterior illo, quem occidit Hercules, Irasæ Rex in Libya filiam formosissimam habuit Barcen, vel Alcein nomine. Hanc ille exemplo Danai Argivorum Regis, qui quadraginta octo filias spectandas procis collocavit in stadio, ut quisque eorum, cum ad metam Victor cursu pervenisset, eam sibi, quam vellet, in uxorem acciperet, magnifice ac splendide ornatam extrema in linea arenæ statuit, tanquam limitem cursus, ea lege, ut is, qui primus ex Athletarum numero superatis æmulis velocitate pedum ad Virginem cucurrisset, arrepta manu sibi faceret suam, copularetque conjugio. Voti compos, et regiæ illustris gloria Alexidemus fuit, qui multis aliis antea victoriis toti Graciæ se spectandum admirandumque prabuerat. Pindaricus hic hymnus desinit pulcris hac et illac variatus digressionibus, quas ipsa res postulabat in eximio Victore. Nobilitas enim patriæ a Cyrene nympha orta victoriam Telesicratis nova decoris splendore convestit; Jolai, Herculis et Iphiclis inducta laudatio tacite exhibet in Athleta similis imitationem virtutis, et strenuus Alexidemi proavi cursus in nepote animum cum in Pythio, tum in aliis certaminibus non degenerem monstrat. Est iste Pindari tenor, qui licet, rupto naturali cursu, per multa libere divagetur, ad finem tamen tendit propositum iis tantum intelligendus, qui Lyricæ vim poeseos, et instinctæ mentis æstrum sentiunt. Hi videlicet soli digressionum vident pulcritudinem, et picturas inde natas magna cum voluptate degustant.

εἶδος θ'.

ΤΕΛΕΣΙΚΡΑΤΕΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩ

Ὁπλιτοδρόμῳ.

Σ. α'. Κ. ιε'.

Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν
Σὺν βαθυζώνοισιν ἀγγέλλων Τελεσι-
κράτη Χαρίτεσσι γεγωνεῖν,
Ὄλβιον ἄνδρα, διω-
ξίππου στεφάνωμα Κυράνας·
Τὰν ὁ χαιτάεις ἀνεμο-
σφαράγων ἐκ Παλίου κόλ-
πων ποτὲ Λατοΐδας
Ἅρπασεν, ἤνεγκέ τε χρυσέῳ
Παρθένον ἀγροτέραν
Δίφρῳ, τόθι νιν πολυμήλου
Καὶ πολυκαρποτάτας
Θῆκε δέσποιναν χθονὸς
Ῥίζαν ἀπείρου τρίταν
Εὐήρατον θάλλοισαν οἰκεῖν.

Α. α'. Κ. ιε'.

Ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα

Δάλιον

PYTHIA. IX.

[*Str.* 1.] Volo æreum-clypeum-gestantem Pythicum victorem cum [adjuvantibus] pulcre-cinctis prædicans Telesicratem Gratiis celebrare, felicem virum, equestris decus Cyrenes, quam ventistrepis ex Pelii recessibus comatus quondam Latonæ filius rapuit, vexitque aureo virginem venatricem curru [in Libyam]: ubi eam pecorosæ et maxime-frugiferæ constituit dominam terræ, ut radicem [solum] orbis terrarum tertiam amabilem florens inhabitaret.

P Y T H I A.

TELESICRATI CYRENÆO

ARMATO CURSORI.

ODE ALCAICA. IX.

ARmatum aheno nunc Telesicratem
Scuto et palestræ in pulvere Pythiæ
Lauru triumphali beatum
Grandiloquo celebrare cantu
Stat mi alticinctis non sine Gratiis,
Virum feroces flectere equos catæ
Lumen Cyrenes, quam comatus
Latöides rapuisse quondam
Sonante ventis dicitur e jugo,
Saltuque Pelii. Montivagam aureo
Invexit Is curru puellam
Et segetis pecorisque plena
In arva velox transtulit, ut potens
Regnaret illic arbitra (1) tertiæ
Partis per orbem, floridæque
Deliciis frueretur oræ.
Candente Cypris tum pede Delio
Occurrit ultro blandius hospiti,

Dextrâ.

(1) Tertia Terræ pars est Africa.

Δάλιον ξεῖνον θεοδμάτων ὀχέων
Ἐφαπτομένα χερὶ κούφα·
Καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς
Εὐναῖς ἐρατὰν βάλεν αἰδῶ,
Ξυνὸν ἁρμόζοισα Θεῷ
Τε γάμον μιχθέντι κούρᾳ θ'
Ὑψέος εὐρυβία·
Ὃς Λαπιθάων ὑπερόπλων
Τουτάκις ἦν βασιλεὺς,
Ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἥρως
Δεύτερος· ὅν ποτε Πίν-
δου κλεινναῖς ἐν πτυχαῖς
Ναῒς εὐφρανθεῖσα Πη-
νειοῦ λέχει Κρείοισ' ἔτικτεν,

E. ά. K. ιδ'.

Γαίας θυγάτηρ. ὁ δὲ τὰν εὐώλενον
Θρέψατο παῖδα Κυράναν·
Ἁ μὲν οὔθ' ἱστῶν παλιμβά-
μους ἐφίλασεν ὁδοὺς,
Οὔτε δείπνων οἰκοριᾶν
Μεθ' ἑταιρᾶν τέρψιας.
Ἀλλ' ἀκόντεσσίν τε χαλκέοις
Φασγάνῳ τε μαρναμένα
Κεραΐζεν ἀγρίους

Θῆρας·

[*Ant.* 1.] Excepit vero argentipes Venus Delium hospitem, divinos currus attingens manu leviter; ipsorumque dulci connubio amabilem adjunxit verecundiam, nuptias Deo parans cum præpotentis filia Hypsei; qui Lapitharum violentorum tunc erat rex, ab Oceano genere heros secundus, quem olim Pindi claris in convallibus Nais delectata Penei lecto Creusa peperit

[*Epod.* 1.] Terræ filia. Ille autem lacertis-decoram educavit filiam Cyrenem, quæ quidem neque telarum retrogradas amavit vias, neque conviviorum domesticas inter socias oblectationes, sed jaculisque æneis venabuloque pugnans conficiebat feras bestias:

Dextrâque prendens fulguranti
Desilientis ab axe dextram
Excepit ambos, et, thalami excito
Pudore dulci, connubium Deo
Paravit, et Natæ (1) superbi
Hypseos, indomitum regebat
Sceptro Tyrannus qui Lapithûm gregem
Secundus Heros Oceani, sacrâ
Quod Nâis illum in valle Pindi
Progenies generosa Terræ
Penêi amœno læta toro edidit
Crëusa mater. Filiam eburneis
Claram lacertis altor Ille
Sedulus instituit Cyrenen.
Non virgo telæ textilis imminens
Vias amabat (2) retrogradas, neque
Conviviorum grata nuptis
Gaudia, sed jaculis et ense
Feris cruentam perniciem dabat
Bobus paternis perpetuam ferens

Tutam-

(1) Generatio nymphæ Cyrenes hæc est. Oceanus Peneum fluvium, Peneus Hypsêum ex Najade Creusa genuit. Hypseus autem Cyrenes pater est.

(2) Texendi artificium hic describitur, quo ex una et altera parte subtemen inseritur itu reditque manuum alternis facto.

Θῆρας· ἦ πολλάν τε καὶ ἀσύχιον
Βουσὶν εἰράναν παρέχοισα πατρῴαις·
Τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν
Παῦρον ἐπὶ γλεφάροις
Ὕπνον ἀναλίσκοισα ῥέποντα πρὸς ἀῶ.

Σ. β'. Κ. ιέ.

Κίχε νιν λέοντί ποτ' εὐρυφαρέτρας
Ὀμβρίμῳ μούναν παλαίοισαν ἄτερ ἐγ-
χέων ἑκάεργος Ἀπόλλων.
Αὐτίκα δ' ἐκ μεγάρων
Χείρωνα προσέννεπε φωνᾷ·
Σεμνὸν ἄντρον, Φιλλυρίδα,
Προλιπὼν, θυμὸν γυναικός
Καὶ μεγάλαν δύνασιν
Θαύμασον, οἷον ἀταρβεῖ
Νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ,
Μόχθου καθύπερθε νεᾶνις
Ἦτορ ἔχοισα. φόβῳ
Δ' οὐ κεχείμανται φρένες.
Τίς νιν ἀνθρώπων τέκεν;
Ποίας δ' ἀποσπασθεῖσα φύτλας

Α. β'. Κ. ιέ.

Ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων;

Γεύεται

---

stias: multam profecto et tranquillam armentis securitatem præbens paternis; suavemque illum concubitorem, exiguum palpebris incumbentem somnum consumens [somno parum indulgens] sub auroram.

[*Str.* 2.] Invenit eam aliquando ampla-pharetra instructus, leone cum robusto solam luctantem sine armis, jaculator Apollo. Statim vero ex ædibus [evocatum] Chironem allocutus est sermone: Sacro antro, Phillyride, egressus animum feminæ et magnum robur admirare; qualem intrepido pugnam superinducat capiti [sibi], discrimine majus puella pectus habens; timoreque non fluctuant præcordia. Quis eam hominum genuit? quanam avulsa stirpe

[*Str.* 2.] montium recessus habitat umbrosorum? Experiturque robur immensum.

Fasne

Tutamque pacem, palpebrisque
Exigui data dona somni
Captabat illo tempore, quo sibi
Dulce incubantem lassula senserat
Auroræ (1) ad ortum. Vidit illam
Forte semel radians pharetrâ,
Jactisque Apollo missilibus potens,
Cum sola, inermis surgêret in trucem
Audax leonem, stringeretque
Prævalido fera colla pressu;
Statimque opacis e penetralibus
Chirona dîum voce vocans senem,
Exi, inquit, ex antri sacello,
Phillyridê, Superumque robur
Mirare, et ausum feminæ, uti caput
Objectet iræ nil trepidum gravi,
Certetque majorem tremendo
Nympha gerens animum periclo.
Felix quis illam progenuit parens?
Quâ stirpe gentis prodiit inclyta
Virago, quæ montes (2) et umbras
Usque colit nemorumque lustra?

(1) Tota nocte venationi intenta sub auroram solum carpebat somnum, postquam feras, quæ noctu grassantur potissimum, summo studio exagitaverat.

(2) Generosum puellæ animum tacite laudat, quod montes et lustra ferarum incolat, quæ formidolosa horruisset muliercula.

Γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντου. ὁσία,
Κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν;
Ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων
Κείρεν μελιηδέα ποίαν;
Τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενὴς,
Ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάξαις
Ὀφρύϊ, μῆτιν ἑὰν
Εὐθὺς ἀπαμείβετο· κρυπταὶ
Κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς
Πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων,
Φοῖβε· καὶ ἔν τε Θεοῖς
Τοῦτο κἀνθρώποις ὁμῶς
Αἰδέοντ' ἀμφανδὸν ἁ-
δείας τυχεῖν. τὸ πρῶτον εὐνᾶς.

E. β'. K. ιδ'.

Καὶ γάρ σε, τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν,
Ἔτραπε μείλιχος ὀργὰ
Παρφάμεν τοῦτον λόγον. κού-
ρας δ' ὁπόθεν γενεὰν
Ἐξερωτᾷς, ὦ ἄνα; κύ-
ριον ὃς πάντων τέλος
Οἶσθα καὶ πάσας κελεύθους·
Ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει, χὠπόσαι

Ἐν

Fasne est inclitam manum ei inferre? anne etiam per amplexus demetere mellitum florem? Huic vero Centaurus gravis placido blande ridens supercilio consilium suum statim reddidit. Sunt, o Phœbe; occultæ ad sacros amores claves sapientis suadelæ; et inter Deos pariterque homines verentur [omnes] palam [aperta vi] dulcibus frui primum amplexibus.

[*Epod.* 2.] Namque te, cui non licet quemquam mendacio aggredi, commovit blandus amor, ut temere eloquereris hunc sermonem. Puellæ vero quorsum genus interrogas, o rex? certum qui omnium rerum exitum nosti et omnes vias, quotque tellus verna folia emittit, quantaque in mari et fluviis arenæ vis fluctibus impetuque

ven-

Vinci negantem nosse dat indolem
Immensa virtus. Fas ne puellulæ
Inferre dextram? Fas ne prati
Melle gravem resecare florem?
Centaurus olli nube supercilî
Statim remissâ, sic placido suum
Simul renidens et severus
Consilium patefecit ore:
Sanctas amorum, Phœbe, sagax (1) tegit
Suadela claves, Diique palam timent
Amplexibus primis, et ipsi
Ipsi homines pariter potiri.
Te porro, nulli quem licet aggredi
Mendace linguâ, blanda Cupidinis
Vis ficto adegit sensa capti
Eloquio reserare cordis.
Nam cur puellæ, Rex, genus expetis
Tibi recludi, qui legis omnium
Rerum exitum præsens, viasque
Omnigeni specularis actûs;
Qui verna nosti quot folia explicet
Soluta Tellus, quotquot citæ mari

(1) Aditus ad amoris fructum clandestina persuasione parandus est, recte, non verbis apertis. Ita locum illustrat Heynius.

Ἐν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψάμαθοι
Κύμασιν ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέωνται,
Χὤ, τι μέλλει, χὤτε πό-
τ' ἔσσεται, εὖ καθορᾷς.
Εἰ δὲ γε χρὴ καὶ πὰρ σοφὸν ἀντιφερίξαι,

Σ. γ'. Κ. ιε.

Ἐρέω. ταύτᾳ πόσις ἵκεο βᾶσσαν
Τάνδε, καὶ μέλλεις ὑπὲρ πόντου Διὸς ἔξ-
οχον ποτὶ κᾶπον ἐνεῖκαι.
Ἔνθα νιν ἀρχέπολιν
Θήσεις, ἐπὶ λαὸν ἀγείραις
Νασιώταν ὄχθον ἐς ἀμ-
φίπεδον. νῦν δ' εὐρυλείμων
Πότνιά σοι Λιβύα
Δέξεται εὐκλεία νύμφαν
Δώμασιν ἐν χρυσέοις
Πρόφρων· ἵνα οἱ χθονὸς αἶσαν
Αὐτίκα συντελέθειν
Ἔννομον δωρήσεται,
Οὔτε παγκάρπων φυτῶν
Νήποινον, οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν.

Α. γ'. Κ. ιε.

Τόθι παῖδα τέξεται, ὃν κλυτὸς Ἑρμᾶς

Εὐθρόνοις

---

ventorum volvitur; quodque futurum est, et quando futurum est, bene perspicis. Si tamen licet etiam cum sapiente contendere, [apud artis vaticinandi peritum vaticinari,]

[*Str.* 3.] edicam [quæ futura esse præsentio]. Huic maritus venisti vallem in hancce, et es eam trans mare, Jovis eximium in hortum, transportaturus. Ibi eam [aliquando] civitatis reginam constitues, populo adducto insulari ad collem campis undique cinctum. Nunc autem spatiosa-prata-habens sacra tibi Libya excipiet gloriosam nympham ædibus in aureis benevola; ubi statim ei tenendam legitime donabit terræ portionem, neque frugiferarum plantarum expertem, neque ignota manimantibus.

[*Ant.* 3.] Ibi filium pariet, quem inclitus Mercurius, pulcrithronis Horis Terræque,

Et amnibus volvant arenas
Impete fluctisono procellæ;
Et qui futuri prospicis et notas
Momenta casûs? Si tamen haud nefas
Cum Vate certantem profari,
Ingenuo tibi liber ausu
Arcana promam. Scilicet hac pedem
In valle fixtî, Virginis ut fores
Visæ maritus, quam profundi
Trans vada trajicies in amplum
Ammonis hortum, quo profugis sacræ
Regina præsit gentibus (1) Insulæ,
Campis coronatum volantes
Cum venient habitare collem.
Nunc gloriosam egressa virentibus
Pratis, et ignes deveneranss tuos
Tibi aureis nympham reponet
In domibus (2) Libyê, suique
Habere partem jure volet soli,
Quod nec sit orbum fetibus arborum,
Seclis nec ignotum ferinis
Quæ celeres subeant sagittas.
Ibi illa partu divite pupulum
Enixa fundet, quem sapiens suæ

Demptum

(1) Theræ insulæ incolis, qui in Libyam deducta colonia venient.

(2) Libya, tanquam Dea, suam habet regiam, ad quam Cyrenen nympham eo venientem deducet.

Εὐθρόνοις Ὥραισι καὶ Γαίᾳ, ἀνελὼν
Φίλας ὑπὸ ματέρος, οἴσει.
Ταὶ δ', ἐπιγουνίδιον
Κατθηκάμεναι βρέφος αὐταῖς,
Νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμ-
βροσίαν στάξοισι, θήσον-
ταί τέ νιν ἀθάνατον
Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλω-
ν' ἀνδράσι χάρμα φίλοις,
Ἄγχιστον ὀπάονα μήλων,
Ἀγρέα καὶ Νόμιον
Τοῖσδ' Ἀρισταῖον καλεῖν.
Ὥς ἄρ' εἰπὼν ἔντυεν
Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν.
Ε. γ'. Κ. ιδ'.
Ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη Θεῶν
Πρᾶξις, ὁδοί τε βραχεῖαι.
Κεῖνο κεῖν' ἆμαρ διαίτα-
σεν. Θαλάμῳ δὲ μίγεν
Ἐν πολυχρύσῳ Λιβύας·
Ἵνα καλλίσταν πόλιν
Ἀμφέπει κλεινάν τ' ἀέθλοις.
Καὶ νῦν ἐν Πυθῶνί νιν ἀ-
γαθέᾳ Καρνεϊάδα

Υἱὸς

---

que, susceptum cara a matre, tradet. Illæ vero genibus suis imposito infanti nectar labiis et ambrosiam instillabunt, facientque, eum immortalem Jovem et sanctum Apollinem, gaudium amicorum, et proximum comitem ovium, Venatorem et Pastorem, ab aliis vero Aristæum appellari. Sic locutus instigavit eum, ut jucundum nuptiarum perficeret exitum.

[*Epod.* 3.] Celeris autem est, si quid Dii moliuntur, actio viæque breves. Illud illa dies peregit. Thalamoque concubuerunt in aureo Libyæ, quo loco pulcherrimam urbem Cyrene tutatur inclitamque certaminibus. Atque nunc apud Pythonem divi-

nam

Demptum parenti tradet Horis
Conspicuo in solio locatis,
Telluri et almæ Mercurius. Sua
Ad genva Divæ suscipiens statim,
Pulcrique stillabunt alumni
Nectar (1) et ambrosiam labellis,
Quo grandis ævo per populos eat
Vitæ perenni munere Juppiter,
Alterque Apollo, dictus Agreûs
In silüis, Nomiusque rure,
Terror ferarum, lux pecori vago,
Novæque amicis lætitiæ suis
Parens Aristæus. Calentis
Sic animum senior locutus
Phœbi incitavit protinus exequi
Icto cupitas fœdere nuptias.
Cælestibus festinus orsis
Actus adest breviorque callis.
Peregit illâ propositum die,
Et florulentum pressit amans torum
Libyssâ in orâ. Nunc superbis
Ædibus, eximiisque claram
Palmis virorum spectat et optimus
Custodit urbem, quam modo filius
Carnæadæ in Pythûs arenâ
Sustulit ad superæ invidendum

Felici-

(1) Diodorus Siculus Aristæum ex Cyrene na- educaretur, et tripliei appellaretur nomine No-
tum nymphis fuisse traditum docet, ut ab iis mius, Aristæus et Agrius.

Τιὸς εὐθαλλεῖ συνέμιξε τύχᾳ·
Ἔνθα νικάσαις ἀνέφανε Κυράναν.
Ἅ νιν εὔφρων δέξεται
Καλλιγύναικι πάτρᾳ
Δόξαν ἱμερτὰν ἀγαγόντ᾽ ἀπὸ Δελφῶν.

Σ. δ'. Κ. ιέ.

Ἀρεταὶ δ᾽ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι.
Βαιὰ δ᾽ ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ
Σοφοῖς. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως
Παντὸς ἔχει κορυφάν.
Ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον
Οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑ-
πτάπυλοι Θῆβαι· τὸν, Εὐρυ-
σθῆος ἐπεὶ κεφαλὰν
Ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ,
Κρύψαν ἔνερθ᾽ ὑπὸ γᾶν
Διφρηλάτα Ἀμφιτρύωνος
Σάματι· πατροπάτωρ
Ἔνθα οἱ Σπαρτῶν ξένος
Κεῖτο, λευκίπποισι Κα-
δμείων μετοικήσαις ἀγυιαῖς·

Α. δ'. Κ. ιέ.

Τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαΐφρων

Ἐν

---

nam Carneadæ filius florentissimæ ipsam admovit fortunæ, ubi victor professus est Cyrenem. Quæ ipsum benevola excipiet, pulcris-feminis-insigni patriæ gloriam amabilem afferentem e Delphis.

[*Str.* 4.] Magnæ virtutes semper capiunt copiosas laudes; in copiosis tamen [in magna rerum dicendarum copia] pauca ornate-edisserere, auditio [grata] sapientibus. Opportunitas autem similiter in quaque re tenet summam. Noverunt aliquando et Jolaum, non aspernatum eam opportunitatem, septiportes Thebæ: quem, Eurysthei postquam caput amputaverat ensis acie, condiderunt ima sub terra in curruum-agitatoris Amphitryonis sepulcro; ubi paternus avus ejus satorum hominum [Thebanorum] hospes jacebat, quum ad equis-albis-tritos Cadmeorum commigrasset vicos.

Felicitatis culmen, ubî Deam
Victor Cyrenen Grajugenûm undique
Per ora diffudit. Petentem
Illa novum patriæ venustis
Superbienti virginibus decus
Ab urbe Delphis accipiet sinu
Lætante solemnique pompâ,
Et resoni specie triumphi.
Multi ministrat materiem soni
Magna usque virtus; sed magis est sophis
Laus grata, quæ summas sagaci
Arte legit decoratque dotes.
Omnis supremum namque caput rei,
Modumque Tempus possidet. Illius
Haud copiam sprevisse promptam
Ante oculos Jolâon (1) olim
Portis nitentes nobilibus procul
Novere Thebæ. Missus ab Inferis
Eurystheos fœdum cecîdit
Ille caput subiitque rursus
Libens sepulcrum, quo Amphitrtyon situs
Avus jacebat. Nam bonus incitæ
Rector quadrigæ seminati
Tum populi sociatus hospes
Est urbe felix, cum niveis equis
Pulsata Cadmi venit in oppida.
Huic vafra se jungens, Jovique
Mitificum sobolis (2) gemellæ

 Alcmena

(1) Cum Jolaus Herculis socius audisset apud Inferos Heraclidas, qui ad Athenienses confugerant, ab Eurystheo minitante bellum reposci, tempestive iis opem tulit rogando Jovem, ut sibi daretur paullulum temporis reviviscere, quo Eurysthei audaciam cum eo congressus infringere posset. Voti compos factus amputavit hosti caput ac statim obiit, sepultusque est juxta Amphitryonis avi monumentum.

(2) Herculis et Iphiclis.

Ἐν μόναις ὠδῖσιν Ἀλκμήνα διδύμων
Κρατησίμαχον σθένος υἱῶν.
Κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡ-
ρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει,
Μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων
Ἀεὶ μέμναται, τά νιν θρέ-
ψαντο καὶ Ἰφικλέα·
Τοῖσι τέλειον ἐπ᾽ εὐχᾷ
Κωμάσομαί τι παθὼν
Ἐσλόν. Χαρίτων κελαδεννᾶν
Μή με λίποι καθαρὸν
Φέγγος. Αἰγίνᾳ τε γὰρ
Φαμὶ Νίσου τ᾽ ἐν λόφῳ
Τρὶς δὴ πόλιν τάνδ᾽ εὐκλεΐξαι,

E. δ'. K. ιδ'.

Σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών.
Οὕνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν,
Εἴ τις ἀντάεις, τό γ᾽ ἐν ξυ-
νῷ πεπονάμενον εὖ
Μή, λόγον βλάπτων ἁλίοι-
ο γέροντος, κρυπτέτω.
Κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν
Παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ

Καλὰ

[*Ant.* 4.] Peperit ex ejus Jovisque amplexibus prudens unico partu Alcmena geminorum invictum robur filiorum. Mutus ille fuerit, qui Herculi os non applicet, [ei carmine celebrando vocem non accommodet,] neque Dircæarum aquarum semper meminerit, quæ illum educarunt et Iphiclem; quibus ego præclarum ex voto carmen pangam, beneficio ab iis affectus. Gratiarum celebrium [modo] ne me deficiat purum lumen! Æginæque enim ajo Nisique in colle [Telesicratem] ter civitatem hanc [Cyrenem] celebrem fecisse,

[*Epod.* 4.] taciturnam laudum inopiam ipso facto effugientem. Quapropter, si quis ei amicus sit civium, si quis adversarius, hoc utique publice bene gestum, ne, præceptum violans marini senis, [Nerei,] celet. Ille etiam inimicum præclaras res geren-

Alcmena robur protulit unico
Fecunda nisu. Mutus it et stupens,
Qui solvere in laudes recusat
Herculis os, memorique semper
Haud mente Dircen volvit, amabili
Quæ lymphâ et illum mulsit, et Iphiclem
Beata nutrix. Hos cupitis
Ipse bonis cumulatus ambos
Justo merentes carmine prosequar,
Victricem et una vim Telesicratis
Clarabo, ni vatem faventum
Candida lux (1) Charitum relinquat.
Hujus per illum fulgere gloriam
Quippe urbis ajo præmia prædicans
Æginæ ab undis, triplicique
Ad tumulum vice capta (2) Nisi,
Cum voce cassum dedecus inclytis
Vitasset actis. Quisquis amicior
Viro ergo civis, quisquis hostis
Est etiam, manifesta vulgo
Ne facta celet grandia negligens
Dictum marini (3) justificum Senis.
Is namque laudari vel ipsum
Toto animo meritoque honore

 Jubebat

(1) Non potest Gratias habere propitias, qui gratiam non refert Heroibus, quorum ope Herculea sacra, et Jolaia vicit. Hoc poeta dicit in persona Victoris.

(2) Nisi collis Megarorum periphrasis est, ubi ille luctator insignis est sepultus.

(3) Nerei, quem Virgilius grandævum vocat.

Καλὰ ῥέζοντ᾽ ἔννεπεν.
Πλεῖστα νικάσαντά σε καὶ τελεταῖς
Ὡρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον, ἄφωνοί
Θ᾽ ὡς ἑκάστα φίλτατον
Παρθενικαὶ πόσιν ἢ
Υἱὸν εὔχοντ᾽, ὦ Τελεσίκρατες, ἔμμεν,

Σ. ἐ. Κ. ιέ.

Ἐν Ὀλυμπίοισί τε καὶ βαθυκόλπου
Γᾶς ἀέθλοις ἔν τε καὶ πάντεσσ᾽ ἐπιχω-
ρίοις. ἐμὲ δ᾽ ὦν τις, ἀοιδᾶν
Δίψαν ἀκειόμενον,
Πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι,
Καὶ παλαιὰν δόξαν ἑῶν
Προγόνων. οἷοι Λιβύσσας
Ἀμφὶ γυναικὸς ἔβαν
Ἴρασσαν πρὸς πόλιν Ἀνταί-
ου μετὰ καλλίκομον
Μναστῆρες ἀγακλέα κούραν.
Τὰν μάλα πολλοὶ ἀρι-
στῆες ἀνδρῶν αἴτεον
Σύγγονοι, πολλοὶ δὲ καὶ
Ξείνων. ἐπεὶ θαητὸν εἶδος

A. ἐ.

---

gerentem, toto animo et pro justitia laudare jubebat. Sæpissime victorem te etiam in sacris statis Palladis vidi; tacitæque ut quælibet carissimum sibi virgines maritum aut filium optabant te, o Telesicrates, esse;

[*Str. 5.*] in Olympicis quoque et profunde-sinuosæ terræ certaminibus, inque omnibus etiam domesticis [Libycis]. Enimvero sunt, qui a me, qui siti carminum medeor, exigant munus carminum denuo, ut excitem antiquam etiam majorum suorum gloriam: quales Libycam ob feminam profecti sunt Irasam ad urbem Antæi, ad pulcricomam proci celeberrimam puellam; quam admodum multi optimates virorum ambierunt cognati, multique peregrinorum; nam admirabilis forma

Jubebat hostem. Palladiis (1) ego
Te sæpe festis vidi et Olympicâ,
  Sacrâque Telluri palestrâ
    Conspicuum, patriæque ludis
Victorem, ut omnes, o Telesicrates,
Sponsum puellæ te tacitæ sibi
  Dulcissimum, diâve matres
    Discuperent sibi sorte natum.
Hic me, petiti qui relevo sitim
Cantûs, quis urget, munus et exigit
  Venæ recentis, quo tuorum
    E veteri decora alta patrum
Per me resurgant excita pulvere.
Quales Libysso pro thalamo (2) Irasam
  Antæi ad urbem se tulêre
    Crinibus eximiæ solutis
Proci puellæ, quam sibi principes
Virtute multi, cum patriæ incolæ,
  Tum sede ab externâ profecti
    Sollicitis petiere votis:
Miranda formæ gratia scilicet
Illos vocabat dulciter incitans

Auro

(1) In ludis Panathenæis, qui Athenis in honorem Minervæ celebrabantur, et in aliis. Nam Athenienses omnibus fere ludis delectabantur.

(2) Irase urbs Libyæ, cujus rex Antæus erat, qui filiam suam præstantissimo Cursori destinavit uxorem ad imitationem Danai Argivorum regis.

A. ί. K. ιέ.

Ἔπλετο· χρυσοστεφάνοιο δὲ ἥβας
Καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἔθελον
Πατὴρ δὴ θυγατρὶ φυτεύων
Κλεινότερον γάμον, ἄ-
  κουσεν Δαναόν ποτ' ἐν Ἄργει,
Οἷον εὗρεν τεσσαράκον-
  τα καὶ ὀκτὼ παρθένοισι,
Πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν,
Ὠκύτατον γάμον. ἔστα-
  σεν γὰρ ἅπαντα χορὸν
Ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος·
Σὺν δ' ἀέθλοις ἐκέλευ-
  σεν διακρῖναι ποδῶν,
Ἅντινα σχήσοι τις ἡ-
  ρώων, ὅσοι γαμβροί σφιν ἦλθον.

E. ί. K. ιδ'.

Οὕτω δ' ἐδίδου Λίβυς ἁρμόζων κόρᾳ
Νυμφίον ἄνδρα. ποτὶ γραμ-
  μᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε κοσμή-
  σαις, τέλος ἔμμεν ἄκρον.
Εἶπε δ' ἐν μέσσοις, ἀπάγε-
  σθαι, ὃς ἂν πρῶτος θορὼν
Ἀμφί οἱ ψαύσειε πέπλοις.

Ἔνθ'

[*Ant.* 5.] erat: auroque-coronatæ pubertatis fructum florescentem decerpere volebant. Pater autem filiæ parans illustrius conjugium, audiverat, Danaus quondam Argis quales nactus esset quadraginta et octo virginibus, antequam medius dies illuxisset, velocissimas nuptias. Statim enim collocaverat universum [puellarum] chorum ad metas certaminis, certaminibusque pedum jusserat decernere heroes quam habiturus esset quisque eorum, quotquot generi futuri ad eas accesserant.

[*Epod.* 5.] Similiter igitur Libys jungens dabat filiæ sponsum. Ad lineam ipsam ornatam constituit, finis ut esset [laborum] extremus. Dixitque in medio, abducturum eam, qui primus prosiliens ejus attigisset amictus. Tum Alexidamus, postquam

Auro coronatæ decorem
Carpere floriferum juventæ.
Superbioris sed genitor suæ
Sponsi parabat gaudia virgini,
Olim quod Argis audiisset
Grande quater decies et (1) octo
Ortum puellis conjugium prius,
Quam ferret æstûs Sol medius suos.
Chorum puellarum supremâ
Rex Danaus patuli locarat
In calce Circi. Lex erat, ut pede
Heroes illic alite cernerent,
Quam quisque prælato jugandam
Acciperet sibi jure sponsam.
Natæ maritum sic Libys attulit.
Late decôris fulgida vestibus
Ad Lineam stabat flagrantes
Ultimus ante procos laboris
Puella limes. Tum juvenum pater
Cinctus coronâ, qui prior incito
Cursu, inquit, e vobis amictûs
Virginis attigerit, triumphans,
Suam capessat. Currit, et arduum
Jam mensus æquor fervet et arripit

Alexi-

(1) Duas, quæ maritis pepercerunt, poeta omittit, Amymonen nempe et Hypermnestram.

Ἔνθ᾽ Ἀλεξίδαμος, ἐπεὶ
Φύγε λαιψηρὸν δρόμον,
Παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς ἑλὼν
Ἆγεν ἱππευτᾶν Νομάδων δι᾽ ὅμιλον.
Πολλὰ μὲν κεῖνοι δίκον
Φύλλ᾽ ἔπι καὶ στεφάνους·
Πολλὰ δὲ πρόσθεν πτερὰ δέξατο νικᾶν.

quam emensus est rapidum cursum, virginem venerandam, manu manum ejus apprehendens, duxit equestrium Nomadum per agmen; multa [que] in ipsum illi projiciebant folia et serta: multas vero jam antea alas acceperat victoriarum,

Alexidêmus (1) virginalis
Texta pepli, niveamque dextrâ
Dextram prehendens, ducit equestrium
Victor puellam per (2) Nomadum agmina,
Regalis ostentatque honorem
Magnificum (3), pretiumque nymphæ,
Cadente circum perpete frondium
Nimbo (4), et corollis in caput illius,
Victoriæ quem sæpe multis
Vexit honor super astra pennis.

(1) Ex quo stirpi Telesicratis origo est.
(2) Populi Libyæ arte equestri celebres, qui Numidæ quoque a Latinis dicuntur.
(3) Splendidas nempe vestes et ornamenta regalis luxus.
(4) Spargebantur Victores floribus, et corollis in Circo ornabantur.

PYTHIÆ DECIMÆ

ARGUMENTUM.

Hippocleas Thessalus Diauli Cursor vicit Pythiade vigesima secunda, quæ incidit in Olympiadem septuagesimam. Quare cum Pindarus Olympiade sexagesima quinta natus sit, necesse est carmen hoc, ut Cl. Heynius animadvertit, prima Poetæ ætate anno vigesimo secundo fuisse compositum. Juvenile opus est, sed Pindaro dignum. Exorditur ille a laudibus Lacedæmoniæ et Thessalicæ gentis, quam filii Aristomachi Herculea ex stirpe gubernabant, Aristodemus Lacones, Aleva Thessalos. Utramque porro gentem idcirco memorat, quia Pythia Hippocleæ victoria patriæ laudem Thessalæ, in qua natus est Victor, postulabat, et quia posteri Alevadarum, qui Spartano olim aliquandiu subjiciebantur imperio, tribules Victoris Spartæ quoque mentionem fieri a poeta volebant, cum Laconibus æque ac Thessalis unum idemque genus esset. Opportune igitur ad Thessalum laudandum juvenem se impelli ait ab Apolline, qui ipsi victoriam contulit, ab oppido Pelinnæo, cujus civis est Hippocleas, ab Alevæ nepotibus, qui tale carminis officium flagitant. Laudat autem Cursorem, quod beneficio Apollinis ad Parnasi radices Victor congenitam exeruerit virtutem, et vestigiis institerit Phriciæ patris, qui duas Olympiæ armato cursu coronas, et unam in Cirrhæ campo reportavit. Gratulatur hinc ambobus, et splendida opum ac victoriarum munera a Deo semper in posterum sine ærumna servari optat et invidentium incursu. Patrem vero Phriciam duplici nomine beatum esse affirmat et a sapientibus celebrandum, uno, quod ipse victor fuerit, altero, quod filium eodem viderit decoratum honore. Qui manuum robore, vel cursu consecutus est præmia, quibus nihil jucundius, nihil illustrius est in Græcia, ad extremum ille felicitatis humanæ terminum pervenit, nec ultra Gades progredi potest, multo-

multoque minus maritimo, vel pedestri itinere Hyperboreos adire populos, intra quos Perseus, duce Pallade, penetravit. Opportuna hic illectus fabula suo more poeta digreditur rem gratam facturus Græcis, qui suæ nationis memoranda facta narrari sibi a poetis amabant. Quare totam percurrit Hyperboreæ historiam gentis, quæ in Riphæis montibus ultra Aquilonem habitabat, et felicissimam ibi degebat vitam, sed reliquis inconcessam mortalibus. Nam filius Danaes nunquam ad illum Beatorum cœtum accessisset, nisi Minerva Heroi admirabilem stravisset viam. Oportere igitur ait, ut pater filiusque victores ea felicitate contenti sint, quæ in terris homini proposita et concessa est, nec eam affectent, quam soli Perseo contemplari licuit. Cum autem sibi in pulcherrima digressione paullo longius, quam par est, excurrisse videatur, sapienter se vocat ad propositum allegoria a navi sumpta, quæ cursum retinet ac demittit anchoram, ne jactata per mare in scopulos latentes impingat; et imitari apem statuit, quæ ex uno in alium florem festinat, ut ex multis mel conficiat jucundissimum. Hinc ille statim ad Hippocleam convertitur sperare jubens fore, ut a coætaneis adultisque viris et a puellis etiam in urbe Ephyra Thessaliæ, quæ Cranon est, Cantu publico hymni ad Peneum flumen ob insignem celebretur victoriam. Concurrere enim omnes ad ejus laudem videt, quamvis alii alia mirari et amare soleant. Sed prudentis esse monet donatum bonis in iis præsentibus, quæ certa sunt, conquiescere, non futuris inhiare, quæ sunt obscura et incerta. Sibi itaque obsecundandum esse intelligit Thoraci amico, qui Hippocleam laudari flagitat, et ad honorem ejus Pieridum instrui currum, quo ipse una cum fratribus caste integreque rem publicam administrantibus gloria illustris per totam Græciam feratur.

εἶδος ί.

ΙΠΠΟΚΛΕΑ͵ ΘΕΣΣΑΛΩ͵

διαυλοδρόμῳ.

Σ. ά. Κ. ί.

Ὄλβία Λακεδαῖμον·
Μάκαιρα Θεσσαλία· πατρὸς
Δ᾽ ἀμφοτέραις ἐξ ἑνὸς
Ἀριστομάχου γένος Ἡρακλέος βασιλεύει.
Τί κομπέω παρὰ καιρόν;
Ἀλλά με Πυθώ τε καὶ τὸ
Πελινναῖον ἀπύει
Ἀλεύα τε παῖδες, Ἱπποκλέᾳ
Θέλοντες ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν
Ἀνδρῶν κλυτάν ὄπα.

Α. ά. Κ. ί.

Γεύεται γὰρ ἀέθλων·
Στρατῷ τ᾽ Ἀμφικτυόνων ὁ Παρ-
νάσσιος αὐτὸν μυχὸς
Διαυλοδρομᾶν ὕπατον παίδων ἀνέειπεν.
Ἄπολλον, γλυκὺ δ᾽ ἀνθρώ-

των

PYTHIA. X.

[*Str.* 1.] Felix, o Lacedæmon! o beata Thessalia! In utroque uno ex patre Aristomacho Herculis progenies imperat. Quid? an glorior intempestive? Immo vero me Pythoque et Pelinnæum vocat Alevæque filii, Hippocleæ volentes afferre chorealem virorum inclitam vocem.

[*Ant.* 1.] Expertus enim est certamina, in concilioque Amphictyonum Parnassius eum recessus diauli-cursorum juvenum supremum renunciavit. O Apollo, lætus enim hominum exitus et exordium [quicquid perficiunt aggrediunturque] moderante numine

P Y T H I A.

HIPPOCLEÆ THESSALO

DIAULI CURSORI.

ODE PYTHIO-JAMBICA. X.

TER felix (1) Spartê, felix et Thessala tellus!
Nam fræno utrasque jamdiu dulcissimo
Patris Aristomachi Herculeo de sanguine ducta
Propago gentes imperatrix temperat.
Quid? Numnam stulto me creditis impete raptum?
Non ipse temerê glorior. Pytho vocat,
Urbsque Pelinnæi (2), nec non gens postera (3) Alêvæ
Laudem volentes ferre me pulcherrimam
Solemnes inter choreas, et tollere magni
Altum sonante nomen Hippocleæ melo.
Ludorum siquidem dulces degustat honores,
Interque ephebos duplicis Cursor stadî
Concilio plaudente patrum Parnaside in orâ
Celerrimo refulsit antistans pede.
Phœbe, tui (namque est cœpti mortalibus omnis
Jucunda finis, atque principium Dei

Auspicio

(1) Incipit Pindarus a laudibus Lacedæmonis, et Thessaliæ urbium, quas Heraclidæ gubernabant, sed illas cito interrumpit, tanquam minus necessarias Hippocleæ Victori.

(2) Pelinnæum oppidum Thessaliæ Victoris patria.

(3) Thessali ab Aleva rege Alevadæ dicti.

πων τέλος ἀρχά τε, Δαίμο-
νος ὀρνύντος, αὔξεται,
Ο' μὲν που τεοῖσι μήδεσι τοῦ-
τ' ἔπραξε· τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβα-
κεν ἴχνεσιν πατρὸς

Ε. ά. Κ. ή.

Ο'λυμπιονίκα
Δὶς ἐν πολεμαδόκοις Α'ρεος ὅπλοις.
Ε'θηκε καὶ βαθυλείμωνα
Α'γὼν ὑπὸ Κίῤῥας
Πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν.
Ε'σποιτο μοῖρα καὶ ὑστέραισιν
Ε'ν ἁμέραις ἀγάνορα
Πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσιν.

Σ. β'. Κ. ί.

Τῶν δ' ἐν Ε'λλάδι τερπνῶν
Λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν,
Μὴ φθονεραῖς ἐκ Θεῶν
Μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν. Θεὸς εἴη
Α'πήμων κέαρ. εὐδαί-
μων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος
Α'νὴρ γίνεται σοφοῖς,
Ο'ς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ
Κρατήσαις τὰ μέγιστ' ἀέθλων ἕλῃ

Τόλμα

---

mine procedit, tuis utique consiliis ille hoc patravit; congenitaque ipsi indoles insistere eum fecit vestigiis patris [Phriciæ],

[*Epod.* 1.] bis Olympionicæ in bellicis Martis armis; fecit et ampla-prata-habente certamen sub Cirrhæ rupe pedibus-victorem Phriciam. Adsit fortuna posteris quoque diebus, magnificæ divitiæ ut floreant ipsis.

[*Str.* 2.] [Eorumque quæ] in Græcia [sunt] decorum nacti non exiguam portionem, ne in odiosas divinitus vicissitudines incidant. Deus adsit eis inoffenso animo. Fortunatus vero et a poetis celebratus vir ille est, quicunque manibus aut pedum virtute victor maxima præmiorum reportavit audaciaque et robore;

Auspicio felix) spirante Is numinis aurâ
Opus peregit arduum innatam indolem
Ire sui per nota jubens vestigia (1) patris,
Olympiorum martiis qui præmia
Bis armis cepit, spatiosaque prata gerentis
Sub rupe Cirrhæ glotiosus alite
Discessit cursu Victor. Sic florida posthac
Sors adsit ollis pleniore largiens
Divitlas cornu; sic, quæ non pauca Pelasgis
Legêre fortes in palæstris gaudia,
Haud ulla a Superis irâ quatiantur, at usque
Innoxiâ beentur eventûs vice.
Quam felix heros (2), quam clarus cuncta sophorum
Per ora fertur, qui manu promptâ valens,
Aut rapidis audax pedibus præsigne recepit
Non usitatæ fortitudinis decus,

Et

(1) Phricias Hippocleæ pater duas in Olympia strenue retulit victorias, et unam Pithone. Illas autem obtinuit armato cursu, alteram in stadio.

(2) Felicitatem Phriciæ prædicat, primum quod ipse Victor fuerit, deinde, quod filium etiam victorem viderit. Quod multis contra evenit. Nam ut plurimum patres vita excedunt antequam a liberis quicquam præclari gestum aspiciant.

Τόλμᾳ τε καὶ σθένει,

A. β'. K. ί.

Καὶ ζώων ἔτι νεαρὸν
Κατ' αἶσαν υἱὸν ἴδῃ τυχόν-
τα στεφάνων Πυθίων.
Ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔπω ἀμβατὸς αὐτοῖς.
Ὅσαις δὲ βρότεον ἔθνος
Ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα,
Περαίνει πρὸς ἔσχατον
Πλόον. ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν
Εὕροις ἂν ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶ-
να θαυμαστὰν ὁδόν.

E. β'. K. ή.

Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς
Ἐδαίσατο λαγέτας, δώματ' ἐσελθών,
Κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας
Ἐπιτόσσαις Θεῷ
Ῥέζοντας· ὧν θαλίαις ἔμπεδον
Εὐφαμίαις τε μάλιστ' Ἀπόλλων
Χαίρει, γελᾷ θ' ὁρῶν ὕβριν
Ὀρθίαν κνωδάλων.

Σ. γ'. K. ί.

Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ

Τρόποις

[*Ant.* 2.] et vivens adhuc juvenem filium pro parte sua viderit adeptum coronas Pythias. Æreum cælum nondum ascensum iis; quamcunque vero nos mortale genus felicitatem attingimus, eam assecutus penetrat ad extremum navigationis terminum. Ad Hyperboreorum vero populum neque navibus neque pedestri itinere inveneris mirabilem viam;

[*Epod.* 2.] apud quos olim Perseus epulatus est dux, quum, domos eorum ingressus, sacrificantes Deo invenisset inclitas asinorum hecatombas; quorum [que] festis dapibus jugiter lætisque vocibus maxime Apollo gaudet, ridetque videns lasciviam exultantium bestiarum.

[*Str.* 3.] Musa autem non exulat a moribus ipsorum. Sed ubique chori virginum

lyra-

Et puerum sibi viventi radiante superbum
Pythûs coronâ sistier vidit suum:
At non est ipsis tecta (1) ærea scandere cæli.
Nam faustitatis quidquid hic mortalium
Blanditur generi splendens deducitur omne,
Ubi fixa cursum Meta ponti sustinet;
Nec pedes (2), aut pinu vectus reperire stupendum
Iter valebis, quo ferare in ultimam
Gentis Hyperboreæ sedem, quâ dicitur olim
Stetisse Perseus hospes, et gratus sacris
Accubuisse simul mensis conviva piorum,
Centena postquam corpora intonso Deo
Mactarunt onagrûm (3). Dape festâ scilicet illâ,
Lætisque Phœbus detinetur vocibus,
Et ridet, summo dum spectat ab axe petulca
Lascivientum bestiarum prælia.
Moribus haud illis Musa exulat: undique fervent

 Passim

(1) Ex opinione veterum, qui putabant stellas in æreo cæli fornice fixas esse.

(2) Nemo potest hominum iter facere ad Hyperboream gentem, nisi Diis adjuvantibus, ut Perseo contigit Minervæ auxilio.

(3) Hecatombe asinorum immolabatur Apollini a populis Hyperboreis.

Τρόποις ἐπὶ σφετέροισι· παν-
τᾶ δὲ χοροὶ παρθένων
Λυρᾶν τε βοαὶ καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται·
Δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κό-
μας ἀναδήσαντες εἰλα-
πινάζοισιν εὐφρόνως.
Νόσοι δ' οὔτε γῆρας οὐλόμενον
Κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ. πόνων
Δὲ καὶ μαχᾶν ἄτερ

A. γ'. K. ί.

Οἰκέοισι, φυγόντες
Ὑπέρδικον Νέμεσιν. θρασεί-
ᾳ δὲ πνέων καρδίᾳ
Μόλεν Δανάας ποτὲ παῖς, ἁγεῖτο δ' Ἀθάνα,
Ἐς ἀνδρῶν μακάρων ὅ-
μιλον· ἔπεφνεν τε Γοργό-
να, καὶ ποικίλον κάρα
Δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε να-
σιώταις λίθινον θάνατον φέρων.
Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι,

E. γ'. K. ή.

Θεῶν τελεσάντων,
Οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον.
Κώπαν σχάσον· ταχὺ δ' ἄγκυ-

ραν

---

lyrarumque strepitus sonitusque tibiarum moventur; lauroque aurea comas redimientes epulantur hilariter: neque vero morbi neque perniciosa senectus attingunt sacram gentem; laborumque et bellorum expertes

[*Ant.* 3.] habitant, evitantes ultricem Nemesin. Audaci autem spirans corde venit aliquando Danaes filius; ducebat autem Minerva, ad hunc beatorum hominum cœtum; occiditque Gorgonem, et variegatum draconum jubis caput, rediit, insularibus, lapideam mortem, afferens. Mihi vero, mirabilia

[*Epod.* 3.] Diis perficientibus, nihil unquam esse videtur incredibile. Remum inhibe,

Passim chorêæ virginum: strepunt lyræ
Vocales chordis, sociataque cantibus aures
Ubique mulcent tibiarum flamina,
Et cinctos lauri foliis radiantibus auro
Æterna cives (1) recreat jucunditas
Instructis epulis. Non morbus luctifer ullus,
Non damna sanctis fert senecta cœtibus.
Curarum expertes habitant durique laboris,
Omnisque rixæ criminisque nescii
Ultricem evitant Nemesin. Danaëia porro
Proles in ista tum beatorum loca
Audaces spirans animos, duce Pallade vênit,
Et inde cedens interemit Gorgonem,
Hydrotumque jubis horrens caput abstulit, et se
Serîphiam recepit in terram statim
Saxificum portans lethum. Mihi credere certe
Stat mira quæque, cum potestas Numinum
Auctor adest factis. Inhibê cito provida remum,
Jactamque in imis anchoram firmâ vadis,

(1) Hyperborei populi felicitas illi similis erat, quam regnante Saturno fuisse ferunt poetæ in aureo mundi sæculo, vel qualis in Fortunatis insulis amplectebatur mortales jucunditate perpetua.

μαν ἔρεισον χθονὶ
Πρώραθε, χοιράδος ἄλκαρ πέτρας.
Ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὕμνων
Ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον, ὥς τε μέ-
λισσα, θύει λόγον.

Σ. δ'. Κ. ί.

Ἔλπομαι δ', Ἐφυραίων
Ὄπ' ἀμφὶ Πηνεϊὸν γλυκεῖ-
αν προχεόντων ἐμὰν,
Τὸν Ἱπποκλέα ἔτι καὶ μᾶλλον σὺν ἀοιδαῖς,
Ἕκατι στεφάνων, θα-
ητὸν ἐν ἅλιξι θησέ-
μεν ἔν τε παλαιτέροις,
Νέαισίν τε παρθένοισι μέλη-
μα. καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔρως
Ἔκνιξέ γε φρένας·

Α. δ'. Κ. ί.

Τῶν δ' ἕκαστος ὀρούει,
Τυχὼν κεν, ἁρπαλέαν σχέθοι
Φροντίδα τὰν πὰρ ποδός.
Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.
Πέποιθα ξενίᾳ προσ-
ανεῖ Θώρακος, ὅς περ
Ἐμὰν ποιπνύων χάριν

Τόδ'

---

hibe, illicoque anchoram fige in terra e prora projectam latentis auxilium scopuli. Laudatoriorum enim flos hymnorum ad alium subinde, velut apis, festinat sermonem.

[*Str.* 4.] Spero autem me, dum Ephyræi [tribules] carmen circa Peneum dulce modulantur meum, Hippocleam hunc magis etiam carminibus ob coronas effecturum esse admirandum inter æquales senioresque, juvenculisque virginibus curam. [h. carminum argumentum.] Etenim aliis aliorum desiderium pungere solet pectora.

[*Ant.* 4.] Quæ vero quisque appetit, ea consecutus, avidum habet [habere eum par est] studium rei præsentis; post annum autem eventura obscurum est prævidere. Fretus sum hospitalitate benevola Thoracis, qui meum expetens officium,

hunc

Mens mea, ne in scopulum sub cærula stagna latentem
    Progrêssa longe lubricâ offendas rate.
Melliferæ instar apis laudes dum colligit, hymni
    Ab uno in alium provolat florem vigor.
Spero equidem, cum dulce meos Ephyreïus (1) ore
    Penêi ad undam fuderit chorus modos,
Per me contexto Hippocleam fore carmine posthac
    Illustriorem, quam coronæ frondibus.
Miraclum æquales inter, nova cura puellis
    Erit, senesque luce percellet suâ.
Namque cupîdo aliis alios per pectora motûs
    Ad disparis discrimen ætatis ciet.
At voti quicumque sui ridente potîtur
    Jam sorte, præsens ante quod pedes habet,
Ardenti curet studio, nec scire laboret
    Futura, nullis prævidenda mentibus.
Non obscura mihi tamen est Thoracis (2) amici
    Benignius spectata jamdudum fides,
Officii quâ justa mei modo munera poscens,
    Amansque amantem (3), duxque mi factus duci

Pieri-

(1) Duæ Ephyræ erant, una Cranonia in Thessalia a Cranone rege dicta Cranos, altera Corinthus appellata.

(2) Thorax unus fuit Alevadarum et Pindari amicus, qui pro Hippoclea postulatat hymnum.

(3) Ambigua loci sententia, quam Benedictus ad Thoracem et Pindarum simul refert, qui mutuo inter se conjuncti sint amore, et unus carmen postulet, alter libens scribat. Ita omnis dubitatio tollitur.

Τοῦδ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων
Τετράορον, φιλέων φιλέοντ', ἄγων
Ἄγοντα προφρόνως.

E. δ'. K. ή.

Πειρῶντι δὲ καὶ χρυ-
σὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ὀρθός.
Ἀδελφεοὺς δὲ τ' ἐπαινή-
σομεν ἐσλούς· ὅτι
Ὕψοῦ φέροντι νόμον Θεσσαλῶν
Αὔξοντες. ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται
Πατρώϊαι κεδναὶ πολί-
ων κυβερνάσιες.

ΠΙΝΔ.

---

hunc junxit currum Pieridum quadrijugum, amans amantem, ducens ducentem benevole.

[*Epod.* 4.] Exploranti vero et aurum per probationem refulget, et mens recta. Fratres quoque [ejus] collaudabimus probos, quoniam in altum efferunt [illustrant] morem [mores et instituta] Thessalorum foventes. Penes enim probos reposita sunt [ibi] paterna augusta civitatum imperia.

Pieridum hunc junxit (1) currum, quo quattuor actum
　　Victorem in astra flammei tollant equi.
Lydius explorat lapis aurum, factaque rectam
　　Dant nosse mentem. Sed bonos decet quoque
Laudare Hippocleæ fratres, qui Thessala (2) jura
　　Ornant et altis evehunt virtutibus.
Felices urbes, cum civibus aurea justis
　　Regenda patrii creditur Summa imperî!

(1) Currus Pieridum est carmen Pindari, quod velocis instar currus Victoris famam in omnes terræ oras ferat et celebrem reddat.

(2) Hippocleæ fratres, qui cives indigenæ, bonique viri summa integritate et sapientia rempublicam gubernabant.

PYTHIÆ UNDECIMÆ

ARGUMENTUM.

Thrasidæum puerum stadii Cursorem, et strenuum Pythiade vigesima octava, Olympiade vero septuagesima sexta Victorem laudaturus Pindarus hymnum inchoat Thebano civi a Thebanis Heroinis, quas convocat ad templum Ismenii Apollinis ab Ismeno Meliæ filio ita dicti, ut pompæ Victoris ad illud ducendæ intersint, et Themin, Pythonem et umbilicum terræ celebrent cum aliis feminis Thebanæ urbis convenientes ad extollendam patriæ gloriam, Cirrhæique certaminis. Thrasydæus enim duas patris victorias in memoriam civium revocavit coronam tertiam familiæ suæ afferens ab opulenta regione Phocidis, ubi Pylades Strophii filius et Orestis amicus intimus habitabat. Ad Orestis nomen incitata mens Pindari tragicam ejus et parentum historiam pingit. Arsinoe nutrix ex violentis Clytemnestræ manibus Orestem puerum eripit ad Strophium senem mittens, a quo liberaliter educetur, Crescit ibi puer ætate et audita patris et Cassandræ nece, ulcisci cogitat nefandum scelus. Sanguinariam itaque matrem, sive mactatæ Iphigeniæ dolore, sive alterius amore tori in furorem acta occidisset virum, ferro percussam una cum adultero Ægistho ad Orcum misit odiosissimum in nova nupta, et omnium vituperandum sermone detestatus flagitium. Hic poetæ digressio finem habet, digressio nempe illa, quam Scholiastes et nonnulli alii Interpretes intempestivam et a proposito alienam temere putant. Nam, si Adimario sagacissimo viro credimus, eo consilio in hymnum inducta est, ut Thrasydæus caducam et brevem felicitatis humanæ conditionem in Agamemnone agnoscat, et Thebanæ mulieres impudicitiæ probrum videant in adultera Clytemnestra. Cum autem Pindarus ea digressione sit usus, qua carmini mercede conducto, et homini conveniret, qui nullam laudum præberet materiam, quasi

quasi pœnitens se ipsum revocat, et Musam monet, ut Victori ejusque Patri felicitate et gloria florentibus aptum hymnum condat in amplissima meritorum copia. Illi enim in Olympiis olim antea Victores laudis splendidissimum decus curru et equis obtinuerunt, et nunc in Pythiis sine armis stadium ingressi pedum celeritate claruerunt soli, et Græcam æmulorum turbam devictam obruerunt dedecore. Hoc summum fortunæ est in privata hominum vita, qui mediocri conditione contenti ad honores et principatum non adspirant, nec aliis invident, nec tenuiores fastu premunt. Talis est Thrasydai conditio, quam Pindarus ad se refert, ut tacite de Victore intelligatur, qui medium in civitate statum naetus diuturniore felicitate gaudet, quam principes, et vitam tranquillam degens usque ad obitum bonam famam, honestamque possessionum omnium præstantissimam dulcissimæ soboli in hæreditatem relicturus est Jolai, Castoris et Pollucis exemplo, quorum nomina adhuc non tam ob virtutem bellicam, quam ob animi moderationem apud omnes carminibus celebrantur.

PYTHIA.

εἶδος ιά.

ΘΡΑΣΥΔΑΙῼ ΘΗΒΑΙῼ

παιδὶ σταδιεῖ.

Σ. ά. Κ. θ'.

Κάδμου κόραι, Σεμέλα
Μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις,
Ἰνὼ δὲ Λευκοθέα ποντιᾶν
Ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων,
Ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ
Ματρὶ παρὰ Μελίαν χρυσέων
Ἐς ἄδυτον τριπόδων
Θησαυρόν· ὃν περίαλλ' ἐτί-
μασε Λοξίας,

Α. ά. Κ. θ'.

Ἰσμήνιον δ' ὀνύμα-
ξεν ἀλαθέα μαντεῖον θῶκον.
Ὦ παῖδες Ἁρμονίας, ἔνθα καὶ
Νυν ἐπίνομον Ἡρωΐδων
Στρατὸν ὁμηγυρέα καλεῖ συνίμεν,
Ὄφρα Θέμιν ἱερὰν Πυθῶ-
νά τε καὶ ὀρθοδίκαν

Γᾶς

PYTHIA. XI.

[*Str.* 1.] O Cadmi filiæ, Semele quidem Olympiarum [Dearum] socia, Inoque Leucothea marinarum contubernalis Nereidum, venite cum Herculis optimæ-prolis-procreatrice matre ad Meliam, aureorum ad penetralem tripodum thesaurum, quem eximie honoravit Loxias,

[*Ant.* 1.] Ismeniumque nominavit, veracem fatidicam sedem; ubi etiam nunc, o filiæ Harmoniæ, indigenam Heroidum cœtum congregatum [ille] jubet adesse, ut The-

P Y T H I A.

THRASYDÆO THEBANO

PUERO CURSORI STADII.

ODE ARCHILOCHIA XI.

ILlustres Cadmi Natæ, tu mixta Dearum
Purpureis, Semelê,
Cælestûm ordinibus, tuque Ino candida, ponti
Quæ virides habitas
Cum Nereî nymphis thalamos, cum Matre venite,
Quæso, (1) gemelliparâ
Herculis ad Meliam (2) festæ, templique recessum,
Aureo ubî Tripodum
Munere thesaurus lucet, super omnia honorum
Quem sibi Phœbus amat,
Quemque suam Ismêni dici de nomine sedem
Vaticinam voluit.
Huc vos Harmoniæ sobolem nunc Ille venustam
Convocat, atque suo
Collectas patriæ quoque vos Heroïdas inter
Optat adesse choro,
Ut cânam Themin et Pythô lateque patentis
Vera tenens medium

 Telluris

(1) Cum Alcmena Herculis et Iphiclis matre.
(2) Melia Oceani filia erat, quæ ex Apolline Ismenum suscepit filium a fluvio Ismeno dictum et vaticiniis celebrem.

Γᾶς ὀμφαλὸν κελαδῆτε ἄ-
  κρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ,

Ε. ά. Κ. ς'.

Ἑπταπύλοισι Θήβαις
Χάριν ἀγῶνί τε Κίῤῥας·
Ἐν τῷ Θρασυδαῖος ἔμνασεν ἑστίαν
Τρίτος ἐπὶ στέφανον πατρῴαν βαλών,
Ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νικῶν,
Ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.

Σ. β'. Κ. θ'.

Τὸν δή, φονευομένου
Πατρὸς, Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας
Χειρῶν ὑπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου
Τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος·
Ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριάμου
Κασσάνδραν πολιῷ χαλκῷ
Σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
Ψυχᾷ πόρευ' Ἀχέροντος ἀ-
  κτὰν παρ' εὔσκιον

Α. β'. Κ. θ'.

Νηλὴς γυνά. πότερόν
Νιν ἄρ' Ἰφιγένει', ἐπ' Εὐρίπῳ
Σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας, ἔκνισε
Βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον;

Themidem sacram Pythonemque et recte-judicantem terræ umbilicum canatis prima vespera

[*Epod.* 1.] in septiportium Thebarum gratiam certaminisque Cirrhæ; in quo Thrasydæus denuo-celebravit lares paternos, imponens iis tertius coronam, in opulentis arvis Pyladæ victor, hospitis Laconis Orestæ.

[*Str.* 2.] Quem, interfecto patre, Arsinoe Clytemnestræ manibus validis dolo nutrix eripuit luctuoso, quando Dardanidæ filiam Priami Cassandram corusco ære cum Agamemnonia anima misit Acherontis ripam ad umbrosam

[*Ant.* 2.] crudelis femina. Num illam Iphigenia ad Euripum mactata procul a patria

Telluris primo resonetis vespere sacras
    Voce (1) hilarante dapes;
Unde novum Thebê septem circumdata portis,
    Cirrhaque dîa sibi
Eximii decus aspiciat certaminis, ex quo
    Splendida facta patris
In mentem Grajis revocans Thrasidæus avitos
    Attulit ante lares
Tertius implicitam cælesti fronde coronam
    Divitibus Pyladæ
In campis Victor, queis fati mulsit Orestes
    Exul acerba sui.
Hunc namque Arsinoê nutrix post horrida (2) patris
    Funera luctificis
Fida Clytemnestræ e manibus cæptique cruenti
    Insidiis rapuit,
Dardaniam Priami natam (3) quando ære corusco
    Unâ Agamemnoniæ
Junctam cæde animæ furvas mittebat ad Orci
    Cuncta vorantis aquas
Crudelis mulier. Stimulos num virgo dolenti
    Iphigenîa dedit
Mactata Eurîpi (4) peregrinis hostia in oris?
    An vetiti instabilem,

Lasci-

(1) Prima cum vespera celebrabantur convivia et cantus.
(2) Agamemnonis.
(3) Cassandram.
(4) Euripi maris in Chalcide, ubi Aulis erat statio navium.

Η' ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν
Ε'ννύχιοι πάραγον κοῖται;
Τὸ δὴ νέαις ἀλόχοις
Ε'χθιστον ἀμπλάκιον, κα-
  λύψαι τ' ἀμήχανον

E. β'. K. ϛ'.

Α'λλοτρίαισι γλώσσαις.
Κακολόγοι δὲ πολῖται.
Ι'σχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον·
Ο' δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει.
Θάνεν μὲν αὐτὸς ἥρως Α'τρείδας ἱκὼν
Χρόνῳ κλυταῖς ἐν Α'μύκλαις,

Σ. γ'. K. ϑ'.

Μάντιν τ' ὄλεσσε κόραν,
Ε'πεὶ ἀμφ' Ε'λένᾳ πυρωθέντων
Τρώων ἔλυσε δόμους ἁβρότα-
  τος. Ο' δ' ἄρα γέροντα ξένον,
Στρόφιον, ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ,
Παρνασσοῦ πόδα ναίοντ'· ἀλ-
  λά γε χρόνῳ σὺν Α'ρει
Πέφνεν τε ματέρα, θῆκέ τ' Αἴ-
  γισθον ἐν φοναῖς.

A. γ'.

---

tria stimulavit, dolosas ut concitaret insidias? an alio toro lascivientem nocturni seduxerunt amplexus? quod sane juvenibus uxoribus odiosissimum est flagitium, fierique non potest, ut occultetur

[*Epod.* 2.] alienis linguis. Maledici enim sunt cives; sustinetque opulentia non minorem invidiam; contra humiliter vivens in abscondito fremit. [spiritum ducit.] Interiit certe [quicquid sit] ipse heros Atrides, reversus tandem, inclitis in Amyclis,

[*Str.* 3.] vatemque perdidit secum puellam, postquam ob Helenam exustorum Trojanorum dejecit domos de [pristino] fastu. At ille [Orestes] ad senem hospitem Strophium pervenit puerili capite [puer], Parnassi pedem incolentem, postea vero Marte [ferro] et matrem interfecit et neci dedit Ægisthum.

Lascivamque tori amplexûs êgêre jugalem
    Sic temerare fidem?
Nulla novis culpa in nuptis odiosior istâ est,
    Quæque minus fugiat
Linguarum morsûs. Nam cives cuncta maligno
    Carpere dente solent,
Nec minimam celsæ residens in culmine sortis
    Sustinet invidiam;
Contra humili qui spirat humo, vix cernitur ulli,
    Tutus agitque loco.
Occidit Atrides igitur, cum denique Amyclas
    Regia tecta redux
E longo intrasset bello, secumque puellam
    Traxit in exitium
Infelix vatem, postquam dejecerat ultor
    Raptæ Helenæ e tumido
Trojanos fastu, vastasque per omnia fuso
    Usserat igne domos.
Regius ast infans Parnasi inferna tenentem
    Sub ditione loca
Ad Strophium (1) vênit, senis ut gauderet amico
    Principis hospitio.
Artibus inde bonis altus, viridisque juventâ,
    Marte juvante feram
In matrem, Ægysthûmque (2) ruit, transfixaque ferro
    Corpora stravit humi

Cæsorum

(1) Patrem Pyladis in Phocide.

(2) Thyestis filium, qui Clytemnestram violavit adulter.

Α. γ'. Κ. θ'.

Ἦ ῥ', ὦ φίλοι, κατ' ἀμευ-
σίπορον τρίοδον ἐδινάθην,
Ὀρθὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν· ἤ
Μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου
Ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον εἰναλίαν.
Μοῖσα, τὸ δὲ τεόν, εἰ μισθῷ
Συνέθευ παρέχειν
Φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ' ἄλ-
λα χρὴ ταρασσέμεν·

Ε. γ'. Κ. ϛ'.

Ἢ πατρὶ Πυθιονίκῳ,
Τό γέ νυν, ἢ Θρασυδαίῳ·
Τῶν εὐφροσύνα τε καὶ δόξ' ἐπιφλέγει.
Τὰ μὲν ἐν ἅρμασι καλλίνικοι πάλαι
Ὀλυμπίᾳ τ' ἀγώνων πολυφάτων ἔσχον
Θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπποις·

Σ. δ'. Κ. θ'.

Πυθοῖ τε γυμνὸν ἐπὶ
Στάδιον καταβάντες ἤλεγξαν
Ἑλλανίδα στρατιὰν ὠκύτα-
τι. Θεόθεν ἐραίμαν καλῶν,
Δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.
Τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων

Τὰ

[*Ant.* 3.] Certe, o amici, iter-deflectente trivio vagatus sum, cum recta via incederem antea; aut ventus me aliquis extra [navigandi] cursum propulit, ut navigium marinum. Ad te vero, o Musa, [quod attinet] si mercede pacta es locare vocem argento-conductam, alias alia movere par est:

[*Epod.* 3.] Enimvero nunc patri Pythionicæ aut Thrasydæo ipsi, quorum lætitiaque et gloria resplendet. Olim curribus præclari victores Olympiæque certaminum celeberrimorum obtinuerunt celerem fulgorem [victoriam] equis;

[*Str.* 4.] Delphisque [nunc] nudi in stadium quum descendissent, superarunt Græcanicam turbam velocitate. Divinitus [quotquot deorum numine obtingunt] appetam bona;

Cæsorum tradens umbris. Sed tramite recto
Depulit, o socii,
Me trivium, cursumve extra, velut æquore cymbam,
Aura sinistra tulit.
Tum tibi, Musa, licet vario discurrere ludo,
Auriferâ liquidam
Cum vocem mercede locas. Nunc gratia (1) cantûs
Tota sacranda tui est
Victori, aut patri, radiis quos gloria cingit
Lætificatque suis.
Aligeris etenim certantes curribus olim
Quadrupedum rapidâ
Luce coronatas sudato in pulvere Pisæ
Explicuere comas;
Nunc visi in Pythûs stadium descendere nudi,
Grajugenûmque globum
Ardentem juvenum præstanti robore et acri
Dedecorare pede.
Ah mihi per Superos liceat bona (2) quærere tantum,
Quæ satis apta meo
Sint ævo in terris: Nam, cum mediocria passim
Urbibus in mediis

(1) Musam ad officium revocat, quod pacta mercede Thrasydæus exspectat, simulque pater ambo clare victoriis, justisque laudibus celebrandi. Nam hæc, non alia materia hymni esse debet.

(2) Sub persona sua poeta Thrasydæum, ejusque patrem prædicat mediocri conditione contentos.

Τὰ μέτα μακροτέρῳ
Ο'λβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶ-
σαν τυραννίδων·

A. δ. K. θ'.

Ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς
Τέταμαι. φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄ-
τᾳ. εἴ τις ἄκρον ἑλὼν ἀσυχᾶ
Τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν
Α'πέφυγεν, μέλανος ἂν ἐσχατιὰν
Καλλίονα θανάτου ἔσχεν,
Γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
Εὐώνυμον κτεάνων κρατί-
σταν χάριν πορών.

E. δ'. K. ς'.

Α῞τε τὸν Ι'φικλείδαν
Διαφέρει Ι'όλαον,
Υ'μνητὸν ἐόντα, καὶ Κάστορος βίαν,
Σέ τε, ἄναξ Πολυδευκες, υἱοὶ Θεῶν,
Τὸ μὲν παρ' ἆμαρ ἑδραισι Θεράπνας, τὸ δ' οἰ-
κέοντας ἔνδον Ο'λύμπου.

ΠΙΝΔ.

---

bona; iis studens, quæ assequi licet per vitam. Decorum enim civilium cum deprehenderim mediocria diuturniore felicitate florentia, improbo sortem tyrannidum: communibus virtutibus intentus sum. [studeo.] Invidi autem puniuntur noxa. Si

[*Ant.* 4.] quis felicitatis fastigium assecutus, tranquilleque degens, a gravi injuria se cohibuit, is nigræ terminum pulcriorem mortis consequi solet, dulcissimæ soboli, bonæ-famæ, bonorum præstantissimum, donum relinquens.

[*Epod.* 4.] Quod Iphiclidem [quoque] celebrem facit Iolaum hymnis decantatum et Castoris robur teque, o rex Pollux, filii Deorum, die uno in sedibus [sepulcro] Therapnes, altero vicissim habitantes in Olympo.

Conspiciam stabili mage sorte potirier, alti
Nil moror ipse throni
Fortunam fragilem, at studeo (1) communibus uti
Nescius invidiæ,
Quæ claros petit insultans, pœnasque furoris
Accipit inde sui.
Ter felix, qui summa tenet privatus, et otî
Pace fruens vetitâ
Abstinet a noxâ: Nigro ille in limine leti
Dulce nitere videt
Vitæ extrema suæ, potiusque relinquit opimis
Donum opibus soboli
Mellitæ Nomen, cunctos quod vivat in annos,
Irradierque genus.
Musa Iphiclîden Jölâon, vosque Deorum
Regia progenies,
Pollux et Castor, qui alternis sede (2) Therapnes,
Cælicolumque domo
Gaudetis, celebrat modicos vulgatque perenni
Per loca cuncta sono.

(1) Probat poeta mediocrem vitam, quia divites et sublimes obnoxii sunt invidiæ, privatæ contra conditionis homines securi sunt semper et tranquilli usque ad obitum.

(2) Therapne oppidum Laconiæ Castoris et Pollucis patria.

PYTHIÆ DUODECIMÆ

ARGUMENTUM.

Midas Agrigentinus Pythiade vigesima quarta et vigesima quinta tibiis vicit, et hunc hymnum a Pindaro obtinuit victoriæ præmium. Dicatur hymnus nymphæ custodi urbis, cujus decora enumerantur a lyrico, ut sibi benevolentiam laudatione conciliet. Invocatur autem nympha, ut Midam redeuntem ex certamine musico propitia excipiat præstantem inter Græcos tibicinem, et ob eam causam laudandum maxime, quod ejus artis sit eximius cultor, quam Dea Pallas invenit. Hanc enim artem ex luctu et gemitu Gorgonum, et anguium sibilis concinnavit virgo, cum Perseus Danaes filius Medusam unam ex tribus sororibus e medio sustulisset Seriphi incolis exitium, ostenso monstri capite, allaturus. Euryales illa et Sthenonis questum imitata instrumento est, quod variam et multiplicem certo sono multorum capitum referret harmoniam per æs transeuntem et calamos, qui abunde in Cephisidis nymphæ stagno prope urbem Orchomenum Gratiis sacram nascuntur iucundi hortatores certaminis, et fidi saltatorum testes. Dea igitur, quæ Perseo dedit, ut Medusam tuto occideret, excæcaret sorores, Polydectæ funestaret convivium, et dura matrem ex servitute coactisque nuptiis eriperet, servato a periculis sibi caro viro, hujuscemodi inventum musicæ in usum mortalibus largita est. Accepit ideo Midas divinam artem ardenti animo, et in ea addiscenda exercendaque labores improbos exantlavit. Nulla siquidem homini contigit in terris sine labore felicitas, eamque Deus serius ocyus perducit ad exitum inevitabili voluntatis decreto, quo sæpius præter omnem opinionem res desperata conceditur, et expectata votis negatur. Nihil hic, clarissimi Heynii judicio, ad sensum facit, nec adjuvat interpretationem somniata de fractis Midæ tibiis Scholiastæ narratio, cujus nullum ne minimum quidem vestigium apparet in generalibus poetæ sententiis. Victoriæ labor Midæ est, successus Dei.

εἶδος ιϛ'.

ΜΙΔΑ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ

αὐλητῇ.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Αἰτέω σε, φιλάγλαε, καλ-
λίστα βροτεᾶν πολίων,
Φερσεφόνας ἕδος, ἅ-
τ' ὄχθαις ἔπι μηλοβότου
Ναίεις Ἀκράγαντος εὔ-
δματον κολώναν, ὦ ἄνα,
Ἵλαος Ἀθανάτων
Ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενείᾳ
Δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ,
Αὐτόν τέ νιν, Ἑλλάδα νικά-
σαντα τέχνᾳ. τάν ποτε
Παλλὰς ἐφεῦρε θρασειᾶν Γοργόνων
Οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀθάνα·

Α. ά. Κ. ιδ'.

Τὰν παρθενίοις ὑπό τ' ἀ-
πλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς

Ἄϊε

PYTHIA. XII.

[*Str.* 1.] Rogo te, o splendoris amica, pulcherrima mortalibus-habitatarum urbium, Proserpinæ sedes, quæ ad ripas pecorosi habitas Agrigenti, ædificiis-bene-constructum collem, propitia, o regina, immortalium hominumque cum benevolentia, accipe coronam hanc ex Pythone illustris Midæ, eumque ipsum, Græciam qui superavit arte, quam quondam Pallas invenit audacium Gorgonum tristem lamentationem contexens [concinnans, imitata] Minerva

[*Ant.* 1.] quam e virgineis deformibusque serpentum capitibus audivit fusam luctuosa

P Y T H I A.

MIDÆ AGRIGENTINO

TIBICINI.

ODE SAPHICA. XII.

SPlendidi late studiosa cultûs,
Urbs, venustarum, quot ubique rident,
Urbium primum decus, Inferæque
Regia (1) Divæ,
Quæ tenes ripas Acragantis alma
Millium nutrix pecorum, sedesque
Molibus septi validis in alto
Vertice collis,
Hanc Midæ, Regina, hominum Deûmque
Gratiâ partam celebri palestræ
Pythiæ in ludo cape, quæso, læta
Fronte coronam,
Atque Victoris bona gloriosi
Curre in amplexum, quod Achæa cantûs
Ausa tibîcen superarit illâ
Nobilis arte,
Quam superbarum peperit Minerva
Gorgonum (2) questus memori volutans
Aure collectos, et acuta multo
Sibila ab angue

Virginum

(1) Proserpinæ, cui Juppiter totam Siciliam donavit.

(2) Phorco marino Deo tres filiæ erant, Stheno, Euriale et Medusa.

Α῎ιε λειβόμενον
Δυσπενθέϊ σὺν καμάτῳ·
Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄ-
νυσσεν κασιγνητᾶν μέρος,
Εἰναλίᾳ Σερίφῳ
Λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων,
Ἦτοι τό τε θεσπέσιον
Φόρκοι ἀμαύρωσεν γένος,
Λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ
Θῆκε ματρός τ' ἔμπεδον
Δουλοσύναν τό τ' ἀναγκαῖον λέχος,
Εὐπαράου κρᾶτα συλήσαις Μεδοίσας,

E. β'. K. ιδ'.

Υἱὸς Δανάας· τὸν ἀπὸ
Χρυσοῦ φαμὲν αὐτορύτου
Ἔμμεναι. ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ
Τούτων φίλον ἄνδρα πόνων
Ἐῤῥύσατο, παρθένος αὐ-
λῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος,
Ὄφρα τὸν Εὐρυάλας
Ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων
Χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μι-
μήσαιτ' ἐρικλάγκταν γόον.
Εὗρεν Θεός. ἀλλά νιν εὑροῖ-

σ' ἀν-

ctuosa cum ærumna; quum Perseus tertiam interfecisset sororum, marinæ Seripho incolisque exitium fatale afferens. Utique et divinum Phorci excæcavit genus et convivium Polydectæ reddidit funestum matrisque longam servitutem coactumque conjugium, pulcherrimæ caput quum abstulisset Medusæ

[Str. 4.] filius Danaes; quem ex auro fama est sponte delapso natum esse. Sed postquam ex his carum sibi virum laboribus servaverat virgo [Minerva], tibiarum effecit omnisonum cantum, ut Euryalæ ex rapacibus genis emissum instrumento [hoc musico] imitaretur perstreperum luctum. Invenit Dea. At cum invenisset eum [tibiæ cantum] mortalium in usum, constituit [hunc] capitum multorum [an-

guineo-

Virginum crines super adsonante
Flebili ærumnæ miseræque sorti,
Tertiam postquam rapido cecidit
Ense sororem,
Ferret ut cladem ferus in marinæ
Impium Perseus (1) populum (2) Seriphi.
Perdidit dium genus ergo Phorci
Lumine adempto,
Regis et mensam stupefecit omnem
Funere infando, solüitque longum
Servitî probrum genetrici, et attas
Vindice dextrâ
Nuptias rupit, caput ut Medusæ
Obtulit cæsum Danaes propago,
Sponte quæ lapso sata fertur auri
Dulciter imbre.
At sibi caro simul aspra clemens
Depulit virgo juveni pericla,
Musico certos opere excitavit
Multisonoræ
Tibiæ flatûs imitata molli
Voce lamentum Eurialæ (3) rapacis,
Atque cognatæ crepitante fusum
Fauce sororis.
Tale tum nostris Dea magna munus
Usibus nulli dedit ante notum
Et melos multi capitis vocari
Jussit, et esse

Bellicis

(1) Perseus Medusæ caput amputavit serpentibus horrens, ejusque obcæcavit sorores Gorgonas.

(2) Seriphos una e Cicladibus insula, cujus Rex erat Polydectes, qui Danaen Persei matrem in dura detinebat servitute.

(3) Euriales et Sthenonis simul ob occisam sororem.

σ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
Ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον,
Εὐκλεᾶ λαοσσόον μναστῆρ' ἀγώνων,

A. β'. K. ιδ'.

Λεπτοῦ διανισσόμενον
Χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων,
Τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ
Ναίοισι πόλει Χαρίτων
Καφισσίδος ἐν τεμένει,
Πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.
Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν-
θρώποισιν, ἄνευ καμάτου
Οὐ φαίνεται. ἐκ δὲ τελευ-
τάσει νιν ἤτοι σάμερον
Δαίμων. τόγε μόρσιμον οὐ παρ-
φυκτόν. ἀλλ' ἔσται χρόνος
Οὗτος, ὃ καὶ τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν
Ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

---

guineorum in capite Medusæ sibilantium] concentum, illustrem populos-cientem procum certaminum,

[*Ant.* 2.] tenui egredientem æreque calamisque, qui prope pulcris-choris-aptam habitant [nascuntur] urbem Charitum, [Orchomenum,] Cephisidis in luco, fidi choros-agentium testes. Quæcunque vero hominibus felicitas contingit, nulla est sine labore; finiet tamen eum vel hodie Deus. Fatum non est evitabile. Sed accidet, ut idem tempus, quod desperatione adeo aliquem oppresserit, præter opinionem aliquam saltem felicitatis partem ei condonet, cum aliam negat.

Bellicis signum geniale ludis
Ære ab exili calamisque spirans,
Gratiis sacram prope qui susurrant
Lætius urbem,
Quosque Cephisis (1) viridante luco
Incolas nutrit reparatque fidos
Cantibus testes, stabilique ductis
Lege (2) choreis.
Nulla mortales beat hic laboris
Faustitas expers; Deus at labori
Afferet tandem modo, mexve finem,
Fixa nec ullus
Fata declinat. Tamen est, ut unum
Quæ negat prudens, aliud repente
Gaudium lapsis inopina rebus
Porrigat Hora.

(1) Cephisis nympha Cephisi filia.

(2) Tibiæ enim ad choreas et convivia adhiberi solebant, ut etiam in prælils et certaminibus.